CATALOGI AUCTORUM

QVI

LIBRORUM CATALOGOS, INDICES, BIBLIOTHECAS, Virorum Litteratorum Elogia, Vitas, aut Orationes Funebres, Scriptis consignârunt

AUCTUARIUM

AB

ANTONIO TEISSERIO,

Uno è viginti sex Academiæ Regiæ Nemausensis adornatum,

Sive ejusdem Catalogi *Pars Altera*, continens fermè bis mille quingentos AUTORES *&c.*








COLONIÆ ALLOBROGUM,
Sumptibus CHOUET, G. DE TOURNES, CRAMER, PERACHON, RITTER, & S. DE TOURNES.

M. DCCV.





VIRO ILLUSTRISSIMO

DOMINO



DANIELI LUDOLPHO DE DANCKELMAN,

Serenissimi Electoris Brandenburgici FRIDERICI III. *Ministro Status, & supremo Rerum Bellicarum Præfecto, Hæreditario in Zeesen, & Lichterfeldt.*



AUD mihi diu quærendum fuit, VIR AMPLISSIME, in cujus potissimum gremium hancce meam lucubrationem deponerem. Ea enim est tuorum erga me magnitudo beneficiorum, ea comitas qua me semper accepisti, is splendor dignitatis tuæ, & virtutis illius qua omnium oculos in te convertis, ut si de alio cogitassem, aut pro male

 sano,

ſano, aut, quod gravius eſt, pro ingrato traduci jure ac merito debuiſſem. Deterruit me nonnihil, ut hoc fatear, tenuitas Operis, quod fortè nonnemo indignum cenſebit, & tui nominis ſplendore, & ea benevolentia, qua in eo Miniſterii faſtigio in quo collatus es, litteratos omnes proſequi, Dignitate tua indignum non ducis. Verum hoc apud te perpendas velim, VIR PRÆSTANTISSIME, hoc Opus meum, etſi fortè levidenſe prima fronte appareat, nonniſi magnis laboribus, & aſſiduis vigiliis collectum fuiſſe, nec in eo quicquam contineri, quod eruditorum utilitatibus non conſulat. Verum de his alias, ne fortè munus meum apud te augere, & benevolentiam tuam, quam mihi jam dudum tot argumentis comprobaſti, hoc lenocinio captare videar. Vtinam porrò hîc mihi in tuas laudes expatiare conceſſum foret, nec me deterreret, tum exilis mei ingenii mediocritas, tum amplitudo materiæ, tum inſita tibi modeſtia, quæ præ cæteris Virtutibus tuis, apud omnes cujuſcumque ſortis homines, quibus ad te accedere conceditur, meritò celebratur. Illud ſaltem laudare optarem quod omnes ſuſpiciunt, indefeſſam nempè charitatem, quâ Gallos omnes, pro vero Dei cultu, Patrio Solo extorres, indeſinenter

ſinenter excipis. Hæc demum Vera laus ſt, VIR ILLUSTRISSIME, Chriſti membra foviſſe, pauperes aluiſſe, Veræ pietatis aſsertorum egeſtati ſubveniſse. Verum hoc, & cætera Dignitatis tuæ & Natalitiorum tuorum ornamenta religioſo ſilentio venerari mihi ſatius eſse judico, quæ etſi apud omnes aſſiduè deprædicabo, apud te omnium hominum modeſtiſſimum, debitis laudibus ornare non auſim. Hoc unum te rogo, VIR AMPLISSIME, ut Opus meum ea benignitate, quâ ſoles, Auctorem accipere velis, meque & devotum Nominis tui cultorem credas, & ad quælibet obſequia paratiſſimum.



ANTONIVS TEISSERIVS.



AUCTUARIUM CATALOGI AUCTORUM,

QVI

LIBRORVM CATALOGOS, INDICES, Bibliothecas, Doctorum Virorum Elogia, Vitas aut Orationes funebres Scriptis consignârunt.



ABDIAS WIDMARIUS, *V. D. M. & Groningæ Theologiæ Professor*, edidit Orationem funebrem in obitum Matthiæ Pasoris, in eadem Urbe Theologiæ Professoris, Groningæ, 1658.

ABEL ROTOLPH de la DEVEZE, *Castrensis apud Albios, in patriâ primùm, deinde Hagæ Comitis Verbi Dei Minister. Abregé de la Vie de Mr. Claude*, Amstelodami, apud Petrum Savouret, in 12.

ABEN NEDIN Librum de Philosophis Arabibus scripsit.

ABRAHAM CALOVIUS, *Superintendens Saxonicus*, Concio funebris in obitum Augusti Buchneri, Wittebergæ Professoris.

Ejusdem, Lessus Haberkornianus, sive, Theologorum Ecclesiæ Lutheranæ modernorum Index, editus anno 1676.

ABRAHAM GRAVIUS, Historia Philosophica. Franekeræ 1674. in 8.

ABRAHAM HEIDANUS, edidit Orationem Funebrem in obitum Ludovici de Dieu.

ABRAHAM SCULTETUS *Grunebergensis Silesius*, Oratio de Philippo Melanchtone, adjuncta ejus Libro cui titulus, Ecclesia Vetus & Nova. Heidelb. Typis Joan. Lancellotti, 1614. 8.

ABRAHAM DE VIQUEFORT agit de aliquot illustribus Legatis nostri temporis. Cap. ult. Libri de Legatis. Gallicè.

ABUFERGIUS, scripsit Arabicè Bibliothecam Arabicam, continentem Catalogum Librorum Philosophicorum, Mathematicorum, & Medicorum, qui primis 400. annis Hegiræ ab Arabibus sunt compositi.

ADAMUS BURSIUS, Oratio funebris Joannis Samoscii Cancellarii Poloniæ. Samoscii Martinus Lenscius excudebat 1606. 4.

ADAMUS CENTURIO *Hispanus, Vita dis S. Hierothee Obispo de Segovia, comprobada com Annotaciones.* Granatæ 1690. in 4.

ADAM CONTZEN *Iesuita, SS. Litterarum in Academiâ Moguntinâ Professor*, Jubilæum Jubilorum &c. Moguntiæ, 1617. Typis Joannis Albinii 8. In eo Libro quamplurimi Libri Doctorum Protestantium enumerantur.

ADAMUS OLEARIUS, GEVARTUS ELMENHORSTIUS, & NICOLAUS JOANNES CRUSIUS, publicarunt Sermones Panegyricos, in honorem Joannis Woverii Ministri Aulæ Gottorpiensis primarii, (ut ait Joanes Mollerus in secunda parte Isagog. ad Hist. Cimbr. Chers. p. 209.) Spe potius nummi dolosi (præmii scilicet L X. Joachimicorum, quod cuilibet laudationem funebrem scripturo in Tabulis ultimæ voluntatis Woverius destinarit) ipsis affulgente, quàm sincero in Virum, virtutibus atque Vitiis magnum, ducti affectu.

ADAMUS OPATORIUS *Sanctæ Theologiæ Professor in Academia Cracoviensi*, Vita Joannis Cantii, S. Theologiæ Doctoris, & in eadem Academiâ Professoris. Cracoviæ ex Officina Francisci Cæsaris, in 4.

ADAM RECHENBERGIUS, Vitam Davidis Pfeifferi

feri J. C. præfixit ejus Lipsiæ, sive, Originum Lipsiensium Libris IV. Martisburgi, apud Rutlandum Woechtler, 1686. excusis.

Idem, in Summario Historiæ Ecclesiasticæ à se composito, & Lipsiæ apud Joannem Herbord Klusium, 1697. in 12. impresso, Doctores, seu Patres & Scriptores Christianos præcipuos recenset.

ADAMUS RECHENBERUS *in Academiâ Lipsiensi Professor*, Historiæ rei nummariæ Veteres Scriptores aliquos insigniores, ad lectionem sacrorum & profanorum Auctorum utiles, cum Bibliothecâ nummariâ, & præfatione ejusdem Rechemberi. Lipsiæ, 1692.

Ejusdem, Joannes Hus Martyr Historicè descriptus. Lipsiæ 1671.

Idem, De Scriptoribus Græcis & eorum Scriptis agit in Libro cui titulus. De Studiis Academicis, Lipsiæ, apud Joannem Fridericum Gleditsch. 1690. in 12.

ADAMUS SIBERUS, in suis Epistolis plurima de Doctis sui sæculi, & eorum Scriptis habet.

ADAMUS TANLERUS *Oenipontanus* Oratio funebris in laudem Alberti Hungari, præmissa ejus Orationibus publicatis à Christophoro Gavvoldo, Ingolstadii, ex Typographio Ederiano 1615.

ADAMUS THEODORUS SIBERUS, *Adami filius, in Academiâ VVittebergensi Professor.* Oratio de Socrate. Inter ejus Orationes. Witteb. apud Paulum Helvvichium; 1606. 8.

ADAMUS TRIBBECHOVIUS, edidit Vitam Menonis Hannekenii Superintendentis Lubecensis.

ADO, *Episcopus Trevirensis*, scripsit Vitam Gregorii primi, Pontificis Romani.

ADO, *Archiepiscopus Viennensis*, Vita S. Theodorici, Abbatis Viennensis. Extat apud Mabillon. Sæc. Bened. I. p. 678.

ADOLPHUS VORSTIUS, *Delphensis, in Academiâ Lugduno Batavâ Medicinæ Professor*, Oratio funebris in obitum Petri Cunæi, in eadem Academiâ Juris & Politices Professoris. Lugduni Batavorum. 1628. in 4

Ejusdem, Epistola de obitu Joannis Meursii, præmissa ejus Theophrasto. Ibidem 1640. in 12.

ADRIANUS BAYERUS, (*qui malè à me MEIERUS in Catalogo Auctorum vocatus erat) Glauchmensis, Osterlandus, Ec-*

clesiæ Ienensis Archidiaconus, Nomenclator Rectorum, Professorum, Theologorum, Juridicorum, Medicorum, Philosophorum, quotquot in Universitate Jenensi docuerunt Jenæ, 1658. in 12. Idem contexuit Athenas Salanas, quæ non editæ sunt.

ADRIANUS BEJERUS *Archidiaconus Ienensis*, agit de doctis Adrianis, in Millenario Adrianorum inedito, quem in Syllabo Professorum Jenensium allegat.

ADRIANUS POITRES *Belga Iesuita*, Vita Francisci Borgiæ, Societatis Jesu. Antuerpiæ, typis Cnobbari, 1671. in 8.

ADRIANUS REGENVOLSCIUS, recensuit Theologos & Pastores Ecclesiæ Christi celebriores, ab ipso Domini & Apostolorum tempore, in Systemate Historico-Chronologico Ecclesiarum Sclavonicarum. Trajecti ad Rhenum, ex Officinâ Joannis à Waesberge, 1652. in 4.

ADSO *Cœnobii Bervicensis Abbas*, Vita Mansueti Scoti, edita Parisiis, à Franc. Bosqueto, in Historiâ Gallican. Tom. I. part. 3. p. 23.

ÆGIDIUS GELENIUS in libro, de admiranda sacra & civili magnitudine Coloniæ Agrippinensis, egit de Coloniensibus Archiepiscopis. Coloniæ 1645.

ÆGIDIUS GONZALES DAVILA *Hispalensis Abulensis*, scripsit Hispanicè Vitam Alfonsi Tostati de Madrigal, Episcopi Abulensis. Salmanticæ 1611. apud Fr. de Cea in 4.

Ejusdem, *Compendio de la Vida, y hechos de los gloriosos Iuan de Mota, y Felix de Valois, fundatores de la Religion de la Santissima Trinidad.* Madriti, ex Typographiâ Regiâ 1618. in 4.

ÆGIDIUS *Leodiensis, Monachus Aureæ Vallis in Ducatu Luxemburgico*, scripsit Historiam Episcoporum Tungrensium, Trajectinorum, & Leodicensium à S. Materno usque ad A. C. 1251. & Vitam Alberti Cardinalis & Episcopi Leodicensis. Antuerpiæ, 1622. Typis Davidis Martinii.

ÆGIDIUS MENAGIUS *Andegavensis*, Historia Mulierum Philosopharum. Lugduni, apud Anissonios, 1690. in 8. Amstelodami, apud Henricum Westenium, 1692. in 12.

Ejusdem, Anti-Baillet 2. Vol. Parisiis, & Hagæ-Comitis 1690. ubi multa notavit scitu digna de Viris doctis. Ibidem asserit se scripsisse Vitam Marci Antonii Murati. T. 1. cap. 83.

Ejusdem, Vita Petri Æroldi Gallicè *Ayrant*. Parisiis 1675. in 4. Ubi

Ubi legitur etiam Vita Renati Chopini J. C. Andegavensis, & Joannis Hortensii, Medici Francisci I.

Ejusdem, Vita Matthæi Menagii, Canonici, & Theologi Andegavensis, Ibidem apud E. Martin 1677. 8.

Idem, promisit Historiam Veterum Jurisconsultorum, in Epistolâ præfixâ Amœnitatibus Juris. Lutetiæ Parisiorum, apud Guillielmum de Luine in 8. Vide etiam in Verbo DIOGENES LAERTIUS, & JOANNES BERTRANDUS.

ÆGIDIUS STRAUCHIUS *S. Theologiæ Professor*, Historia Ecclesiastica, singulari planè Methodo pertractata, à nato Christo, usque ad Sæculum nostrum è MSS. correctis. J.C.M. plurima inseruit, judicia de Scriptoribus subjunxit, ab anno LVIII. hujus sæculi eadem Methodo continuavit, ad ann. LXXXVIII. è selectissimis Scriptoribus Notas adjecit, cum triplici Indice. Lipsiæ, apud Joannem Fridericum Zeidlerum.

Ejusdem, Manichæorum Recensio Historica Wittebergæ 1656. & 1661. in 4.

ÆGIL, *sive* EIGIL, *Monachus Fuldensis*, Vita Sturmionis Abbatis Fuldensis, Præceptoris sui, edita à Christophoro Brovvere, Ingolstadii 1616.

ÆNEAS SYLVIUS PICOLOMINÆUS, *qui post adeptum Pontificatum PIVS II. appellatus est.* Ejus opera impressa sunt Basileæ, 1571. in folio, quibus præmittitur ejusdem Vita descripta à Platina, Joanne Stella, Tritemio, & Antonio Campano, Episcopo Aretino. Idem contexuit Elogium Leonardi Bruni Aretini Epist. LI.

AGATIUS DE SOMMA, *La Vie de Pie V. écrite en Italien, par Agatius de Somma, & mise en François par le sieur Felibien.* Parisiis, apud Coignard, 1672. in 12.

AGUIRRA *Cardinalis*, promisit Bibliothecam Hispaniæ.

AGRESPHON scripsit Græcè de ejusdem nominis Viris illustribus.

ALAMANNUS TEWKSBURIENSIS, vide HERBERTVS de HOSCHA.

ALBERICVS GENTILIS, *Iurisconsultus*, *Professor Oxoniensis*, Laudes Academiæ Perusinæ, & Oxoniensis. Hanoviæ

anno 1605. in 12. Ibi recenset & laudibus celebrat Viros doctos qui in illis Academiis floruerunt.

ALBERTUS *Monachus* egit de Vitis Pontificum.

ALBERTUS de ARGENTINA, Vita Bartholomæi à Bichecke, Episcopi Argentinensis, & Spirensis. Eam ad calcem Chronici ejusdem Alberti edidit Christianus Urstititius, inter Scriptores Germaniæ, Francofurti, 1585. & 1670. 2. Vol. fol.

ALBERTUS HUNGERUS *T. D. Academiæ Ingolstadiensis Procancellarius, & Professor, Bojarum Ducis Consiliarius.* Orationes. Ingolstadii 1611. 8. In XVII. agit de Martino Einsengsenio. In XXIII. de Septimio Tertulliano, Theologo & Jurisconsulto. In XXXI. de Caspare Franco Th. Doctore, Professore Ingolstadiensi.

ALBERTUS KOJALOWITZ *Lithuanus Iesuita, in Vilnensi Academiâ Theologiæ Professor*, edidit Librum de Vitâ & Moribus Laurentii Bartelii, Jesuitæ. Vilnæ 1647. in 8.

ALBERTUS KRANTZIUS edidit Metropolin Krantzianam, in quâ Vitas Episcoporum Westphalorum & Cimbricorum describit, ab anno 780. ad A. 1504. Vide Verbo Joachimus Mollerus. Ibidem extat brevis Catalogus Pontificum Romanorum.

ALBERTUS RUBENIUS, *Philippi IV. Regis Hispaniæ à Secretis, in Sanctiori Consilio quod Belgium Iuris Hispanici moderatur*, Dissertatio de Vita Manlii Theodori. Ultrajecti, apud Gulielmum Broedelot 1694 in 12.

ALBERTUS TYTKOWSKI *Polonus Masovita Iesuita*, Elogia Episcoporum Warmiensium, inscripta Aræ gratitudinis. Brunsbergæ, apud Henricum Schultz, 1633. in fol.

Ejusdem, Vita Stanislai Kotskæ, ex Italico Danielis Bartoli, Polonicè traducta. Vilnæ, typis Academicis 1674. in 4.

ALEXANDER *Abbas Aquicinctinus Ordinis S. Benedicti*, Vita B. Gosvvini prædecessoris sui, curante Richardo Gilbano, Jesuita. Duaci, 1620. in 8.

ALEXANDER de ARTIS *Excanonicus Basilicæ Vaticanæ*, scripsit Vitam Caroli Messeni, Canonici, Congregationis S. Georgii in Algâ Venetiarum, Philosophiæ & Theologiæ Professoris, quæ MSC. extat apud Prosperum Mandosium.

ALE-

ALEXANDER BECELLUS scripsit Indiculum Scriptorum Veronensium.

ALEXANDER BRASSICANUS, De Regiâ Budensi Bibliothecâ Manuscriptis refertissimâ à Turcis miserè direptâ, Epistola, præfixa Salviani Operibus ab eodem Brassicano Vulgatis. Extat etiam apud Maderum de Bibliothecis, & Archivis.

ALEXANDER BUSENELLUS, *Ducalis Secretarius*, confecit Inventarium, seu, Catalogum Librorum Cardinalis Bessarionis Nicæni, in Bibliothecâ Venetianâ Divi Marci, quæ consistit in nongentis octoginta Voluminibus Manuscriptis, partim Græcis, partim Latinis. Vide Lambecium, Biblioth. Vindeb. lib. 3. p. 381.

ALEXANDER DOMINICUS de ROS *Catalanus Ilerdensis, Protonotarius Apostolicus. Abeja Barberina, Panegyrico à la Santitad de Vrbano VIII.* Romæ, Typis Aloysii Grygnani 1639. 4.

ALEXANDER LEONARDUS *Italus*, Oratio de laudibus Pii IV. Italicè & Latinè. Patavii 1565.

ALEXANDER RAYNALDVS, *I.V.D. ex loco Radiani in Pelignis*, descripsit omnium Episcoporum seriem & actiones quamplurimas, à Pontificatu Bonifacii IX. ad hæc tempora, ex Variis Originalibus. Idem, continuavit Indicem Librorum Latinorum qui calamo exarati in Bibliothecâ Vaticanâ asservantur, addiditque Indici sextum & septimum Tomum, cum quinque priores confecti essent à Dominico ejus fratre. Confecit item Indicem Librorum Manuscriptorum Latinorum, qui ex Spoliis Electoris Palatini & Heidelbergâ in Vaticanam Bibliothecam anno 1623. advecti sunt, congessitque in eos varias observationes & notas. Vid. Leon. Allat. in Apib. Urb.

ALEXANDER WILTEMVS *Luxemburgicus Iesuita*, Catalogus Abbatum Cœnobii Munsteriensis. Treviris, 1664.

ALEXIVS GVARINVS, *Ferrariensis*. Vita Valerii Catulli præfixa ejus operibus à Philippo Sylvio interpretatione & Notis illustratis, & Parisiis, apud Fridericum Leonard. 1685. in 4. editis.

ALEXIVS de JESV, *aliàs* MENESES *Olysipponensis*, Vita Thomæ de Andrada, Ordinis Eremitarum S. Augustini, quæ libro ejus de laboribus Christi Cæsar-Augustæ impressæ. 1631. præfixa est. Hic Liber scriptus est dum Auctor carcere obscuro in Africâ

Africâ detineretur, lumine tantùm eo adjutus quod transmittebant januæ rimulæ. Vid. Christ. Heindr. in Pand. Brandeb.

Ejusdem, *As Vidas dos Religiosos modernos que na Religion de S. Agostino de Portugal floreceron.*

ALFANVS, *Salernitanus Archiepiscopus*, Epitaphia collegisse dicitur, quemadmodum Franciscus quidam Albertinus, & quamplurimi alii; neque enim omnes hic recensere fuimus aggressi.

ALFONSVS de ANDRADA, *Iesuita Toletanus, Collegii Placentini Rector, Vida del Venerabile Padre Vincentio Caraffa, Settimo General de la Compagnia de Iesu.* Madriti, 1658. in 4. *Vida del Venerabile Padre Francesco Aguado.* Item, *del Venerabile Padre Eusebio di Nierenberg.* Ibidem, 1618, in 4.

Ejusdem, Vita Petri Claverii sub alieno nomine. Ibidem, 1657. in 8. Vita Bernardini Realini; Ibidem 1658. in 4. Vita Doctoris Martini Ramirez, sub alio nomine. Ibidem, 1658. 8. Idem vulgavit Vitas Virorum illustrium Societatis Jesu. Madriti Tomis duobus in folio, apud Josephum Fernandes, 1606. & 1607.

ALFONSVS de BARROS *Hispanus*, Elogium Matthæi Aleman Hispanicè, quod habetur Gallicè in Præfatione Vitæ Guzmanni de Alfarache, Parisiis, apud Viduam Mabr. Cramoisy, 1693. 2. Vol. in 12.

ALFONSVS CIACONIVS *Biacensis Ordinis Prædicatorum*, Opus scripsit hoc titulo, Bibliotheca Ecclesiastica à plurimis antè Auctoribus dispersim instituta & collecta; deinde ab aliquo in Epitomen redacta, jam verò postremò recognita, novorum Librorum accessione locupletata, & ab hæreticorum monumentis purgata, & in duplum post priores editiones aucta, per F. Alfonsum Ciaconium, Romani Pontificis Pœnitentiarium. Hoc Opus extat M.S.C. Romæ in Bibliothecâ Chigianâ, teste Joan. Mabillon. (in Musæo Italico part. 1. pag. 96.) qui dicit illam Bibliothecam Ecclesiasticam editam non fuisse, (prohibente Guillelmo Sirleto Cardinale) primò, quia Ciaconius ex Conrardi Gesneri Bibliothecâ multa ad verbum transtulit. Secundò, quod Rabbinorum libros inter cæterorum Auctorum opera recensuisset.

ALFONSVS d'ELBENE *Episcopus Albiensis* exaravit Historiam Prædecessorum suorum Episcoporum Albiensium quam an. 1608. morte præventus nepoti suo Alfonso d'Elbene, Archidiac. reliquit. Car. Visch. in Bibl. Cisterc. AL-

ALFONSUS FERNANDEZ *Placentinus Hispanus*, *Ordinis Prædicatorum Monachus*, *ejusdemque Generalis*, Notitia Scriptorum Familiæ Prædicatorum. Item, Catalogus Summorum Pontificum, Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum ejusdem familiæ, nec non Magistrorum Sacri Palatii Apostolici, Confessariorumque aliquot Regum, & Imperatorum; Denique aliquot ejusdem Ordinis Magistrorum qui in Hispaniarum, & Indiarum nobilioribus Academiis, Theologiæ præcipuas Cathedras moderati sunt. Omnia simul Salmanticæ, apud Didacum Cussio 1618. in fol.

ALFONSVS RAMON *Conchensis*, *Theologiæ Doctor*, *Monachus Ordinis Redemptorum Divæ Mariæ de Mercede*, *Vida del Venerabile Padre Fr. Iuan de Valleio*. Madriti, apud Ludovicum Sanchez, 1617. in 8. *Vida di Petro Nolasco*, *Fondator de la Merced*. in 4. *Vida de Gregorio Lopez*. Ibidem, 1617. & 1630. in 8.

ALFONSVS de RIBERA, *Dominicanus Hispanus*, contexuit Hispanicè Elogium Thomæ Aquinatis, quod adjectum est ejusdem Riberæ libro, cui titulus, *Historia Sacra del Santissimo Sacramento*, *contra los hereges destos tempos*. Madriti, apud Ludovicum Sanchez, 1626. in fol.

ALFONSUS RODRIGUEZ *Segoviensis Iesuita*, scripsit Vitæ suæ progressus, dum conscientiæ suæ rationem superioribus suis redderet, teste Nath. Sothuel in Bibl. Jesuit.

ALFONSUS de ROXAS, *Hispalensis Theologiæ Magister*, *Catalogo de los Varones illustres en Santidad*, *lettras y dignidad*, *que han florecido*, *en la Orden de la Merced*. Toleti 1609.

ALFONSUS SALMERON *Toletanus Iesuita*, scripsit Vitæ suæ cursum, teste Alegambio.

ALOYSIUS CORNALIUS *Iesuita Bononiensis*, Vita Hieronymi Taurelli, Nobilis Foroliviensis ex Capucinorum Familiâ. Forolivii, 1652. in 4.

*ALPHIUS AVITUS scripsit Vitas excellentium Virorum, teste Terentiano Mauro.

ALTFRIDUS, *tertius Monasteriensium in VVestphaliâ Episcopus*, Vita S. Ludgeri, primi Monasteriensium Episcopi. Coloniæ, 1615. apud Quentelium.

ALVARUS *Cordubensis*, reliquit Vitam S. Eulogii, Presbyteri ac Doctoris, ab Ambrosio Morales Notis illustratam. Vid. T. IV. Script. Hisp. Illustr.

ALVARVS GOMEZ de CASTRO *Eulalienfis*, reliquit opus imperfectum cui titulus, Historia Episcoporum Ecclesiæ Toletanæ. Vide Nicol. Anton. Bibl. Hisp.

AMALRICVS AVGERIVS conscripsit Chronicon Pontificale, in quo disponit Pontifices secundùm litterarum seriem; Vossius asserit sibi communicatum esse à Petro Scriverio, in cujus Bibliothecâ extabat MSC.

AMBRYON scripsit Vitam Theocriti Chii illius qui Metrodori Isocratici discipulus erat.

AMELOT de la HOVSSAYE in Libro à se edito, cui titulus *La Morale de Tacite, sur la flaterie*, Parisiis, apud Boudot, 1686. in 8. edito, agit de Auctoribus qui notis, aut Versionibus Tacitum illustrarunt.

AMPHILOCHVS *qui floruit anno* 370. Scripsit Vitam S. Ephrem Syri, quæ extat inter ejus opera à Gerardo Vossio edita, Tom. I. Romæ 1593. Coloniæ, 1603. & Antuerpiæ 1619. fol.

ANDREAS *Abbas Monasterii S. Michaelis extra Bambergam*, scripsit Vitam Othonis, seu Odonis, qui Evangelium primus Pomeranis prædicavit, quam Jacobus Gretzerus in Divis Bambergensibus publicavit.

Idem composuit opus ingens de eorum Pontificum, Archiepiscoporum, Antistitum, & Abbatum, gestis, qui ex Ordine S. Benedicti fuere in Sanctorum numerum relati.

ANDREAS ÆGIDIANVS scripsit heroico carmine Panegyricum Carolo Masio, Gandavensium Episcopo.

ANDREAS ALBERTVS *Italus Nicienfis*, edidit Vitas & Elogia Patrum.

ANDREAS AZITORES vel AZORITES, *Hispanus Monachus Cistercienfis*, Quidam ei tribuunt Vitam S. Bernardi eleganti carmine scriptam.

ANDREAS BAJANVS *Goanus Indus ex Lusitanorum gente, in Goensi Vrbe natus, Theologia Baccalaureus*, Panegyricus de S. Philippo Nerio, sine Verbis, primum, & novum Autoris artificium. Romæ, 1619. in 4.

Idem

Idem edidit Elogium Urbani VIII. in ejus Coronatione, Romæ 1623.

ANDREAS BAMBERGENSIS *Abbas*, Vita S. Ottonis, Bambergensis Ecclesiæ Episcopi, edita à Valerio Ischio Pomerano. Colbergæ, 1681. in 8.

ANDREAS BAVDISIVS *Vratislaviensis*, *Ecclesiarum in Ducatu Lignicensi & VVelaviensi Superintendens*, Oratio in mortem Georgii Thilonis à Thilovv, Principis Lignicensis ac Bregensis à Consiliis. Lignicii 1602. in 4. Typis Nicolai Sartorii.

ANDREAS BAYERVS *I. V. D. & Professor*, Oratio funebris in obitum Andreæ Laubmarii J. V. D. & Professoris in Academiâ Tubingensi. Tubingæ, apud Cellium in 4.

ANDREAS BROGIOTTVS Urbani VIII. ac Cardinalium LXV. effigies, insignia, nomina, cognomina. Romæ 1628.

ANDREAS CASTILLON *Cadomensis Iesuita*, edidit Gallicè Orationem funebrem in exequiis Cardinalis Rupifocaldii. Parisiis in 4.

ANDREAS & FRANCISCVS du CHESNE *Regis Galliæ Historiographi, Histoire des Papes & Souverains Chefs de l'Eglise depuis S. Pierre, jusqu'à Innocent X. par André Du Chesne, Revuë, corrigée, & enrichie de leurs portraits au naturel, & de leurs Epitaphes, par François du Chesne.* A Paris, 1653. 2. Vol. in fol.

ANDREAS CHEVILLER, *Doctor & Bibliothecarius Sorbonæ*, *L'Origine de l'Imprimerie; Dissertation historique, & Critique, divisée en quatre parties*; Dans la premiere, *on voit son établissement qui fut fait par des gens de l'Vniversité, c'est à dire, par les soins de la Societé de Sorbonne, avec l'Histoire d'Vlric Gering, Le premier Imprimeur de Paris*. La seconde *contient des refléxions sur les Livres imprimez par Gering, & quelques remarques curieuses, touchant les Imprimeurs & sur la matiére de l'Imprimerie*. La troisiéme, *l'Origine de l'impression Grecque & Hébraïque qui fut établie à Paris par les soins des Professeurs de l'Vniversité*. Dans la quatriéme *on fait voir les droits que l'Vniversité a eus sur la Librairie de Paris, devant & aprés la découverte de l'Imprimerie*. Parisiis, apud Joannem de Laulne, 1695. in 4. In eo Libro extant Catalogi Librorum ab Antiquis Typographis impressorum, & celebriores Typographi recensentur.

B 2 ANDREAS

ANDREAS DVSAVSSAY *Parisinus*, *Concionator Regius, deinde Episcopus & Princeps Tullensis.* In Apparatu ad Martyrologium Gallicanum, à se Parisiis 1637. in folio edito, contexuit Catalogum Auctorum qui fastos Ecclesiasticos instaurare, & illustrare aggressi sunt.

ANDREAS ESSENIVS *Bommeliensis*, *Vltrajecti Theologiæ Professor, ibidemque Verbi Dei Minister*, Oratio Funebris, in obitum Gesberti Voetii S. Theologiæ Doctoris, & Professoris Primarii in Academiâ Ultrajectinâ. Ultrajecti 1677. in 4.

ANDREAS FELIBIEN edidit Parisiis anno 1668. Vitam Ludovici Granatensis. Vide etiam AGATIVS de SOMMA.

ANDREAS FRANKENBERGERVS *Professor VVittebergensis*, In Institutionibus antiquitatis & historiæ à se editis, Wittebergæ, in Officinâ Cratonianâ, 1586. in 8. agit de nonnullis Historicis Græcis & Latinis.

Ejusdem, Oratio in honorem Philippi Melanctonis, de magnitudine rerum divinarum & politicarum quæ in ejus Chronico continentur. Ibidem, 1589. 4.

ANDREAS FREYHVBIVS, *Theologus Lipsiensis*, in lucem emisit Orationem parentalem Joachimi Camerarii Senioris Papebergensis, Academiæ Lipsiensis Professoris.

ANDREAS MELVINVS Carmina Patricii Adamsonii, ejusdemque Vita, & Palinodia, 1620. in 4.

ANDREAS MVLLERVS, *Greeffenhagius*, *Præpositus Berolinensis*, In Specimine Sinicorum anno 1685. in folio edito, Catalogum tam librorum Sinicorum Bibliothecæ Electoralis Brandenburgicæ ccc. circiter tomorum, quàm Sinicorum, aliorúmque rariorum, maximè Manuscriptorum, in privatâ Bibliothecâ extantium, necnon Indicem Opusculorum suorum, tam editorum, quàm editioni paratorum, contexuit.

Idem egit de Marco Paulo Veneto in limine ejus Historiæ Orientalis in Linguam Latinam conversæ, & Coloniæ Brandeburgicæ ex Officina Georgii Sculzii 1671. 4.

ANDREAS NORCOPENSIS edidit Orationem funebrem in obitum Joannis Loccenii.

ANDREAS OSIANDER *Cancellarius Tubingensis*, Oratio funebris in obitum Georgii Buccardi, Tubingæ Artium liberalium Professoris. AN-

ANDREAS PEREZ *Legionensis Dominicanus*, edidit Vitam S. Bernardi de Pennaforte, Hispanicè. Salmanticæ, apud Petrum Taso, 1601. in 8.

ANDREAS RIVETUS, *Picto, in Academiâ Lugduno-Batavâ Theologiæ Professor*, Isagoge ad S. Scripturam Lugduni Batavorum, ex Bibliopolio Commelini, 1627. in 4. in quâ de Antiquis & Novis Versionibus Librorum Sacrorum fusè agitur.

ANDREAS ROVETTA de BRIXIA *Theologus, Inquisitor Veronensis, & prior Provincialis ejusdem Provinciæ*, Bibliotheca Chronologica, illustrium Virorum Provinciæ Lombardiæ, qui ab ordine condito, ad hæc usque tempora in Ecclesiæ utilitatem calamum acuerunt. Bononiæ, typis Josephi Longi 1691. fol.

ANDREAS de SANCTO NICOLAO, *Historia general de los Padres Augustinos Descalzos.* II. Tomis in folio. Madriti, 1664.

ANDREAS SCHIOPPIVS *Gasparis frater*, Horoscopus Anticotonis ejusque germanorum Martillerii, & Hardivillerii Vita, mors, cœnotaphium, & Apotheosis. Antuerpiæ, apud Hieronymum Verdussen, 1614. in 4.

ANDREAS SCHONÆVS *Glogoviensis Theologiæ Professor*, Oratio in obitum Joannis Samoscii Poloniæ Cancellarii.

ANDREAS SCHOTTVS *Iesuita Antuerpiensis*, Senecæ Philosophi Vitam descripsit: *Ejusdem*, Index Autorum qui à C. Plinio in naturali historiâ citantur. Antuerpiæ, apud Gerardum Volscatium 1616. *Ejusdem*, de Claris apud Senecam Rhetoribus Liber, in quo Vitas Rhetorum quorum mentionem Seneca in Scriptis suis facit, cum ex Senecâ, tum ex aliis Autoribus descripsit. Prodiit cum L. & M. Annæorum Senecarum Operibus, apud Federicum Marcellum, Parisiis 1519. fol.

* *Idem*, Photii Bibliothecam cum Davidis Hæschelii notis Græcè editam, Latinè vertit; uberioribusque Scholiis illustravit, Et in nodis Ciceronianis indicat Autores qui in singulos libros Ciceronis commentari sunt.

ANDREAS SENNERTVS Athenæ & Inscriptiones Wittebergenses. Wittebergæ, sumptibus Jobi Fincelii 1655. 4. Ibi recensentur Rectores & Professores Academiæ Wittebergenses, & exhibentur varia Epitaphia. Accessit etiam Oratio Librorum

Bibliothecæ publicæ Wittebergensis. Ibidem 1678. 4

ANDREAS TSCHERNINGVS *Silesius*, *Rostochii Philosophiæ Professor*, Oratio in obitum Jacobi Fabricii, Rostochiensis, Medicinæ Doctoris, & Professoris.

ANDREAS TVRELLVS fertur tumulos & Elogia edidisse.

ANDREAS de VALENTIA *Mexicanus Jesuita*. Vita Joannis à Ledesma, Societatis Jesu, Mexici excusa. *Ejusdem*, Vita Ildephonsi Guerrera ex eadem Societate. Ibidem,

ANDREAS VALLADIER, *Les saintes montagnes & collines d'Orval, & de Clairval; Vive representation de la Vie exemplaire & religieux trépas du Reverend Pére en Dieu, Dom Bernard de Montgaillard, Abbé de l'Abaye d'Orval, de l'Ordre de Cisteaux au Païs de Luxembourg, Prédicateur ordinaire de leurs Altesses Sérénissimes, sur le modele de l'incomparable S. Bernard Abbé de Clairvaux, & du Grand Legislateur Moyse; &c. par Reverend Pére en Dieu, Messire André Valladier, Docteur en Theologie, Conseiller, Aumônier, & Prédicateur ordinaire du Roy Tres-Chrêtien, Abbé de l'Abbaye Royale de S. Arnould de Mets, de l'Ordre de S. Benoit. A Luxembourg, chez Hubert Ruland* 1629.

ANDREAS VELLEIVS Vitæ Pontificum Romanorum. Leodii 1597. 8.

ANDREAS VICTORELLVS *Theologus & Presbyter Bassanensis*, scripsit Vitas, seu Elogia Historica nonnullorum Cardinalium nondum edita.

ANDRON *Ephesius*, scripsit de septem Sapientibus.

ANDRONICVS *Rhodius*, edidit Indicem Librorum Aristotelis & Theophrasti.

ANGELICVS APROSIVS *Vintimiliensis Augustinianus*, sub nomine Caroli Apasii edidit Italicè Bibliothecam Aprosianam, Bononiæ, apud Manolessum, 1673. in 12. Ibidem extat Vita ejusdem Aprosii.

ANGELVS BASSVS, vulgò POLITIANVS, Vita Quintiliani descripta in Præfatione ejus Institutionum Oratoriarum. Lugduni-Batavorum, & Roterodami ex Officinâ Hackianâ 1666. in 8. Idem contexuit Elogium Pandulphi Collenutii Pisaurensis Jurisconsulti lib. 7. Epist. ad ipsum Pandulphum missa.

ANGE-

ANGELVS MANRIQVEZ, *Burgensis Hispanus Ord. Cisterciensis*, Laurea Evangelica, sive de Laudibus S. Bernardi lib. 3. Salmanticæ, 1609. & 1614. De Laudibus Ignatii Loyolæ. Ibidem 1610.

ANGELVS PORTINARI *Patavinus Augustinianus*, *Della felicita di Padoa, libri nove, nelle quali si commemorano li Cittadini suoi illustri per Santita, prelature, lettere, armi, è Magistrature. In Padoa, per Pietro Paulo Tozzi* 1623. fol.

ANGRADVS *Monachus Fontanellensis in Normannia*, Vita Ansberti Archiepiscopi Rhotomagensis. Extat apud Surium IX. Februarii.

ANNA TANAQVIL FABRA, *Tanaquilli Fabri filia, Salmuriensis*, in linguam Gallicam convertit Vitam Terentii, à Suetonio descriptam, adjectis notis. Extat in limine Comœdiarum Terentii ab eodem Fabra in Linguam Gallicam conversarum. Parisiis 1688. 2. Vol. in 12.

Ejusdem, Vita Anacreontis & Saphus adjecta Versioni Gallicæ Poëmatum Anacreontis & Saphus, Parisiis. 1682. 12. Vide etiam in Verbo DACIER.

ANNIBAL ADAMI *Firmianus Iesuita*, Oratio in funere illustrissimi Præsulis Julii de Odis. Perusiæ 1603. fol.

Ejusdem, Panegyricus de S. Francisco Borgia, Italicè. Romæ, 1609. in fol.

ANNIBAL MARCHETTVS *Iesuita*, De rebus gestis Aloysii Gonzagæ è Societate Jesu. Florentiæ, ex Officinâ Joannis Philippi Cecchil 1687. in 8.

ANSCHANVS *Germanus*, *Monasterii Corbiensis Monachus*, Vita VVelihaldi, Episcopi Bremensis, quæ extat apud Mabill. Sæc. Bened. III. part. 2. p. 401.

ANSELMVS, *Oraison funèbre de Messire Charles de Sainte Maure, Duc de Montausier*. Parisiis apud Georgium, & Ludovicum Jossé 1690. in 4.

ANTIGONVS *Carystius*, Scripsit Vitas Eruditorum Virorum, teste S. Hieronymo præf. Libri de Script. Eccles.

ANTONIA BOURIGNON *Belgâ ex Flandriâ Rysselanâ*, Vitæ suæ Historiam duobus Libris est comprehensa. Excusi hi sunt

ſunt cum Anonymi continuatione. Amſtelodami 1683. apud Petrum Arrents Gallicè, in 8. & Belgicè 1684.

ANTONINVS *Archiepiſcopus Florentinus* deſcripſit propriam Vitam quæ habetur in ejus Trialogo edito Florentiæ 1680. 4.

ANTONIVS ÆMILIVS *Aquiſgranenſis, Vltrajecti Hiſtoriarum Profeſſor*, Oratio funebris in obitum Henrici Reneri. Extat inter Æmilii Orationes, Trajecti ad Rhenum 1651. 8. editus.

ANTONIVS de AMADORES *Florentinus*, habuit Orationem in funere Clementis X. Pontificis Romani.

ANTONIVS ARNAVD, *Doctor Sorbonicus*, Joannis Launoii Pariſienſis, Doctoris Sorbonici Elogium, &c. unà cum cenſurâ duarum Propoſitionum. Londini, 1685. in 8.

ANTONIVS AVGVSTINVS, *Antonii Nepos*, *Jeſuita*, edidit Librum inſcriptum, *Summa Chronologica de las actiones mas illuſtres del Arcobiſpo D. Antonio Agoſtino.*

Ejuſdem, Epiſtola ad Hieronymum Blancam de Cæſaraugustanæ patriæ communis Epiſcopis &c. Extat in Bibl. Hiſp. Schotti Tom. 1. c. 5. p. 25.

ANTONIUS de BALINGHEM *Audomaropolitanus Jeſuita*, Compendium Vitæ Franciſci Xaverii, Duaci, 1618. & Lugduni, 1600.

ANTONIVS BEATILLVS *Neapolitanus Barenſis*, *Jeſuita*, Hiſtoria Vitæ Nicolai, Archiepiſcopi Mirenſis. Neapoli, 1620. & 1623.

Ejuſdem, Vita Sabini Epiſcopi Canuſini, cum adjuncto Catalogo Archiepiſcoporum Eccleſiæ Barienſis, & Canuſinæ. Neapoli, 1628. in 8.

ANTONIVS BLADVS, Index Auctorum & Librorum qui ab Officina Sanctæ Romanæ & univerſalis Inquiſitionis caveri mandantur. Romæ, 1669. in fol.

ANTONIVS CARCHESIVS. Vide Verbo GERARDVS FAVSTVS.

ANTONIVS CARACCIOL, *Neapolitanus*, Caietani Thyanæi, Bonifacii à Colle, & Pauli Conſiliarii Vitæ. Coloniæ Ubiorum, apud Joannem Kinckium, 1612. in 4.

ANTONIVS CICARELLA, Deſcriptio Bibliothecæ

thecæ Vaticanæ. Habetur in Vitâ Sixti V. Historiæ Platinæ Editionis Coloniensis, anni 1662. annexa.

ANTONIUS à CONCEPTIONE *Lusitanus, Viniariensis Ordinis Prædicatorum*, Bibliotheca ejusdem Ordinis, Parisiis, 1585.

ANTONIUS DAZA *Pincianus Franciscanus*, Scripsit Vitam Joannis Duns Scoti. Vide Nicol. Ant. Bibl. Hisp.

ANTONIUS DOMENEC *Gerundensis Catalaunus Ordinis Dominicani*, Historia Universalis Sanctorum Catalauniæ.

ANTONIUS FELIX *Præsul Toletanus*, scripsit de Claris Scriptoribus & Episcopis Hispaniæ. Extat cum Libro Isidori Hispalensis de iisdem Scriptoribus.

ANTONIUS FORESTUS *Iesuita*, Libro cui titulus, *Mappomondo Istorico, cioè, ordinata narrazione de i quatro summi Imperii del Mondo*, Elogia Virorum doctrinâ illustrium, inseruit.

ANTONIUS de FUERTE, *Vida del Profeta Moysen, glossada con sentencias. Brussellas*, 1657. *in* 8.

ANTONIUS GALLONIUS *Romanus, Congregationis Oratorii*, scripsit Variorum Sanctorum Vitas quæ MSS. asservantur in Bibliothecâ Vallicellanâ, teste Prosp. Mandosio in Bibliothecâ Romanâ.

ANTONIUS GEORGIUS *Bononiensis, Archypresbyter S. Mariæ Rotundæ de Urbe*, Vita S. Petri Apostoli. Romæ, 1570.

ANTONIUS GASPAR HEUNISCHIUS, Ætates Patrum, & Chronologia Conciliorum. Noribergæ, 1677. in 8.

ANTONIUS GIRARD *Augustodunensis Iesuita*, Vitæ Francisci Xaverii Compendium, Gallicè, Parisiis, apud Franciscum Muguet 1662. in 8.

ANTONIUS GODEAU *Episcopus Grassensis & Vencienfis, unus è quadraginta Academiæ Gallicæ Parisiensis, Oraison Funebre de Iean Pierre Camus, Evêque de Belay.* Parisiis apud Antonium Vitré, 1653. in 4.

ANTONIUS GRICUS scripsit Bibliothecam Æthiopicam.

ANTONIUS de GUEVARRA, *Carolo V. à Consiliis & Historiographus* edidit Hispanicè, Vitam Marci Aurelii Imperatoris, quam Joannes VVinclæcelius in Linguam Latinam transtulit. Lipsiæ 1632. in 4. C AN-

ANTONIVS HEIMREICHIVS, in Libro IV. Historiæ Ecclesiasticæ Slesvicensis, agit de Episcopis Slesvicensibus Lutheranis, Superintendentibus Ducatus utriusque Regiis, atque Ducalibus, præpositis item Diœcesium in Ducatu Slesvicensi. Idem agit de Dithmarsiæ Antistitibus in Chronico Dithmarsico à se edito.

ANTONIVS de JEPES *Hispanus, Monachus Benedictinus*, Quidam ei tribuunt Librum inscriptum, *Catalogo de los que an escrito en la Orden de S. Benito, por la immaculada conception.*

ANTONIVS IGNATIVS DESCHAMPS, seu de CAMPIS *Perpinianensis Iesuita*, Vita eximii Doctoris Francisci Suarez, duobus Tomis. Perpiniani, apud Joannem Figuerolam, 1671. & 1672.

ANTONIVS KERBEKIVS, Vita Beatæ Matris Theresæ de Jesu, ex Italico in Latinum translata. Apud Albianum, 1612. in 8.

ANTONIVS LAPIS *L'Heroina Veneta, overo, la Vita di Elena Cornara Piscopia.* Venetiis, in 4.

*ANTONIVS LEGERVS edidit Catalogum Librorum Rabbinicorum. Basileæ 1640. in 8.

ANTONIVS de LEON PINELLO *Hispanus*, Summus Indiarum Chronographus, edidit Hispanicè Vitam Torribii Alfonsi Morgroveii, Archiepiscopi Urbis Rejes de Lima. Madriti, 1613. in 4.

*ANTONIVS LIBANOR, *Abbas S. Bartholomæi Ferrariensis, Ord. Cist.* De illo, dum recenset Autores Italos qui Bibliothecas Italicas scripserunt, ita Bibliotheca Ambrosiana p. 584. *Il p. Abbate Antonio Libanor Cistercienße diede la ferrara d'Oro.* Unde de Scriptoribus Ferrariensibus agi eo libro colligo. Ejusdem, Vita Davidis Bondini Episcopi Suanensis in Tuscia. Ferrariæ, typis Petri Francisci Sozzi 8

ANTONIVS MACEDO *Conimbricensis Iesuita*, Vita Joannis de Almeida è Societate Jesu, Presbyteri in Brasiliâ. Petavii, 1669. Aucta & recusa, Romæ 1671. in 12.

ANTONIVS MALLET *Parisiis Professor apud Fratres Prædicatores*, Vita S. Thomæ Aquinatis præfixa ejus operibus. Parisiis 1660. 23. Vol.

ANTO-

ANTONIUS MARIA GRATIANUS *à Burgo S. Sepulchri, Episcopus Amerinus*, De Casibus Virorum illustrium, operâ ac studio D. Flecherii Abbatis S. Severini. Parisiis, apud Antonium Cellier 1680. 4.

ANTONIUS MARIA VENUSTUS Epistola & Oratio quâ vivus, quâ mortuus laudatur Augustinus Montalernus Eremitici Ordinis. Mediolani 1661. 12.

ANTONIUS MORERI agit de Homero & ejus Poëmatibus, in una suarum Orationum, Erfurdiæ impensis Ottonis à Risvvick, 1591. 8.

ANTONIUS MURETUS *Lemovix, Romæ Ethices, Iuris Civilis, & Eloquentiæ Professor, Oraison funebre de Paul de Foix Archevêque de Tolose. A Paris* 1654.

ANTONIUS PERESIUS, *Secretarius Status Regis Hispaniæ, Philippi II.* Relationes de suâ Vitâ & de suis calamitatibus. Genevæ 1631. in 8.

ANTONIUS PEREZ *Familiæ Benedictinæ Generalis, & Inquisitionis Hispanicæ Consiliarius*, Vita Joannis Alfonsi Curielis Theologiæ Doctoris, & in Academiâ Salmanticensi Professoris primarii. Antuerpiæ, apud Joannem Keerbergelium 1621.

ANTONIUS PIZAMERUS Vitam S.Thomæ Aquinatis descripsit.

ANTONIUS à PURIFICATIONE *Lusitanus Portuensis, Eremita S. Augustini*, De Viris illustribus Provinciæ Portugalliæ Eremitarum S. Augustini, Tractatus, cujus ut publicati meminit Autor parte secunda Chronici, à se editi, lib. V. tit. III. §. XXII.

ANTONIUS REISERUS. Vide Verbo THEOPHILUS SPIZELIUS.

ANTONIUS RICOBONUS *Rodiginus*, Patavii Professor. Oratio in funere Pii V. Patavii, 1572.

ANTONIUS del RIMON *Ordinis Minorum*, edidit Librum de Viris illustribus sui Ordinis. Salmanticæ, 1511. in 4.

ANTONIUS ROLIN *Iesuita Hispanus*, scripsit Hispanicè Vitam Alfonsi Rodriguez è Societate Jesu.

ANTONIUS RUFFIUS *Consiliarius Regius Præfecturæ Massiliensis*, contexuit Elogium Urbani V. in suâ Historia Massiliensi Gallicè scripta, & edita 1642.

ANTONIVS SAGARRO *Catalanus Iesuita*, scripsit de Viris illustribus sui Ordinis, teste Nicol. Anton. in Bibl. Hisp.

ANTONIVS SANDERVS *Gandavensis*, *Canonicus Tornacensis*, Elenchus Catholicorum Sacræ Scripturæ Interpretum. Lovanii 1649. in 4.

ANTONIVS de SANTO ANDREA, *La Vie de Mr. la Noblets Prêtre & Missionaire*. Parisiis, apud F. Muguet 1666. 8.

ANTONIVS STAFFORD *Anglus*, *Armigeri Northamptonensis filius*, Diogenis Cynici Vita ac mors, Anglicè. Londini, 1615.

ANTONIVS de SYLVA *Lusitanus Iesuita*, Compendium Vitæ Francisci Xaverii actæ in Indiis. Olysippone. 8.

ANTONIVS TEISSERIVS *Academicus Nemausensis, Serenissimi ac Potentissimi Electoris Brandeburgici Consiliarius & Historiographus*, *Les Eloges des Hommes Savans tirez de l'Histoire de Mr. de Thou, avec des Additions contenant l'Abregé de leur Vie, le Jugement & le Catalogue de leurs Ouvrages. Seconde Edition revûë, & augmentée d'un tres grand nombre de Remarques.* Ultrajecti apud Franciscum Halma, 1696. 2. Vol. in 12.

ANTONIVS THYSIVS *in Academiâ Lugduno-Batavâ Theologiæ Professor*, edidit Orationem funebrem in obitum Jeremiæ Hoelzini, in eâdem Academiâ Linguæ Græcæ Professoris.

ANTONIVS VAN OUDENHONOVEN, Oratio in funere Cæsaris Alexandri Scagliæ, Antuerpiæ, 1641. in 4.

ANTONIVS VARENBVLLERVS, Oratio de Vita & morte Jacobi Andreæ VVittebergensis, Cancellarii Tubingensis. Tubingæ, apud Alexandrum Hoq, 1590. in 4.

ANTONIVS VASQVEZ *Vida de S. Felipo Neri*. Madriti 1651. in 4.

ANTONIVS VELASQVEZ, *Vida de Alessandro III. Papa*. Madriti, 1664. in 8.

ANTONIVS VERJVS *Parisiensis Iesuita*, Vita D. Noblets, Missionarii celebris in inferiori Armoricâ, Gallicè. Parisiis, apud Franciscum Muguet, 1666. in 8.

Ejusdem, Vita Francisci Borgiæ Jesuitæ, eodem idiomate, Ibidem, apud Dionysium Thierry, 1672. in 4.

ANTONIVS VICEDOMINIS, Vide GERARDVS FAVSTVS.

AN-

ANTONIVS VVOOD *Anglus*, Athenæ Oxonienses, sive Historia accurata Scriptorum, atque Episcoporum qui prodierunt ex Academiâ Oxoniensi, ab anno 1500. ad 1690. cum fastis, seu Annalibus Academiæ. Anglicè 2. Volum. Londini, Impensis Thomæ Bennet in fol. & Latinè, Oxonii è Theatro Scheldeniano, 1674. in fol.

APOLLONIVS *Chalcedonius Stoicus*, egit de Mulieribus Philosophis.

APOLLONIVS *Tyanaus* scripsit de Vita Pythagoræ, teste Suida.

APOLLOPHANES *Stoicus*, de Atistone Philosopho scripsit.

ARATOR *Poëta qui floruit sub Iustiniano Imperatore*, Historiam Apostolorum Versibus ex Actis Apostolorum à Luca descriptis expressit.

ARCHANGELVS GIANIVS *Florentinus*, Annales Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis. Florentiæ 1618. in fol.

ARCHANGELVS HASTIVILLIVS, Romualdina, sive Eremetica Camalduensis Ordinis Historia. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, 1631. in 8.

ARGENTINENSES MINISTRI, Vita Pauli Fagii. Habetur in Historia de Vita & Obitu Martini Buceri & Pauli Fagii 1562. in 8. edita.

ARISTOXENVS *Tarentinus* composuit Librum de Vitis Doctorum.

ARNGRIMVS JONAS *Islandus*, Vita Gudbrandi Thorlacii. Hamburgi, 1630. in 4.

ARNOLDVS LEERS, Catalogus Librorum Arnoldi Leers 1674. in 4.

ARNOLDVS de RAISSE, vide FRANCISCVS de CASTRO.

ARRIANVS *Nicomediensis*, edidit Librum de vita & morte Epicteti Præceptoris sui.

ASCLEPIADES *Myrleanus junior, Grammaticus*, scripsit de Grammaticis.

ATHANASIVS de LOBERA *Cœnobii Montis Ramorum in Galetia Regno Monachus Ordinis Cistercienfis*, Vitæ Sanctorum

rum Froilani Legionensis, & Atilani Zamorensis Episcoporum. Vallisoletti, apud Cordunas, 1598.

AUBERTUS MIRÆUS *Bruxellensis Protonotarius, & Decanus Antuerpiensis*, Vita Marii Antonii Delrio Jesuitæ. Antuerpiæ 1608. & 1609.

Ejusdem, Tractatus de Ortu & Progressu, ac Viris illustribus Ordinis Virginis Mariæ de Monte Carmelo. Coloniæ Agrippinæ, Sumptibus Jodoci Kalkoven, 1643. in 8.

AUBERY *in Senatu Parisiensi Advocatus*, *Histoire du Cardinal Mazarin. A Paris, chez Thomas Moette, & à Roterdam, chez Reinier Leers* 1695. 8. Idem scripsit Vitam Cardinalis Richelii.

AUDOENUS *Suessonensis*, *Regis Dagoberti Referendarius* Vita Eligii Noviomensis Archiepiscopi à Luca Dacherio edita, Spicilegii Tom. V.

Ejusdem, Vita S. Remigii, (teste Miræo Notis âd Sigebertum,) qui Manuscriptam in Monasterio S. Galli apud Helvetios extare fidem facit.

AUGUSTANUM COLLEGIUM *quod est in Germania superioris Provinciâ, in Vrbe celeberrimâ, ad amnem Lycum in Vindelicis*, Vita Ignatii Loyolæ imaginibus expressa, cum textu Latino, & Germanico 1627. in 12,

AUGUSTINUS BABETONIUS, egit de Suetonii genere, Vitâ, Studiis, & Scriptis, in limine ejus Operum, Parisiis, apud Andream Pralard, 1684. in 4. editorum.

AUGUSTINUS BARBOSA *Lusitanus Protonotarius Apostolicus*, Tomo I. ejus Collectaneorum Doctorum in jus Pontificium, Extat Elogium Gregorii IX. Papæ.

AUGUSTINUS DATHUS *Senensis*, Oratio de laudibus Bernardini Senensis, Ordinis Minorum. Extat Tomo primo Operum ejusdem Bernardini, Parisiis, 1636. 5. Vol. & Lugduni 1650. editorum.

AVGVSTINVS MASCARDVS *Cubicularius Vrbani VIII.* scripsit Italicè Orationes in exequiis Virginii Cæsarini celebratis in Academiâ Humoristarum Romæ, De Laudibus S. Ignatii Loyolæ & aliam de laudibus S. Francisci Xaverii. Extant in Libro cui titulus, *Prose Volgari di Monsignor Agostino Mascardi* Venetiis, apud Tomasinum, 1645. 4.

AVGV-

AVGVSTINVS OLDOINVS *Iesuita*, Athenæum Romanum, in quo Summorum Pontificum, ac Pseudo-Pontificum, nec non S. R. E. Cardinalium scripta publicè exponuntur. Perusini 1690. in 4.

Ejusdem, Athenæum Augustinum, in quo Perusinorum Scripta publicè exponuntur. Ibidem 1677. in 4.

Ejusdem, Athenæum Ligusticum, seu syllabus Scriptorum Ligurum, Sanzanensium, ac Cyrnensium Reipublicæ Genuensis Subditorum. Ibidem, in 4.

AVGVSTINVS PATRICIVS, *Episcopus Picentinus*, Vita Fabiani Bencii Politianensis, Sacrorum Canonum Professoris celebris. Extat in Musæo Italico. Jo. Mabillon parte 2. p. 251.

AVGVSTINVS PFEIFFERVS In Introductione ad Orientem, A. 1672. edita, & in Consultatione de Editione novi Lexici Biblici, Hebraico-Chaldaici, Epistolica, Dresdæ anno 1679. excusa, Hebræa, atque Orientalia Lexica enumeravit.

AVGVSTINVS TERSAGVS *Canonicus Mediolanensis* Carmen Panegyricum Urbani VIII. Virtutum & actionum Schema continens. Mediolani 1624.

AVGVSTINVS de VALLE *Romanus Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis*, edidit anno 1643. *La Vita del Beato Filippo Benizi.*

AVGVSTVS VARENIVS, *Luneburgensis*, *Rostochii Theologiæ Professor*, Historia Bibliothecæ Noribergensis, duabus Orationibus illustrata; Quarum altera de ejus Structoribus, & Curatoribus; Altera, de rarioribus quibusdam, & scitu dignis agit. Accessit Appendix de Inventione Typographiæ, Et Catalogus Librorum proximis ab inventione annis, ad annum 1500. editorum.

Idem, in Rationario Theologico à se publicato de Scriptoribus Ecclesiasticis duorum primorum sæculorum agit. Rostochii 1669. & 1673. in 4. Accessit anno 1683. Apparatus in tertii sæculi Rationarium. Ibid. in 4.

AVSONIVS *Poëta Burdegalensis*, composuit Poëma de Illustribus Professoribus Scholæ Burdegalensis, quod extat inter ejus Opera.

AUSONIUS POPMA, Bibliotheca Varroniana, sive Liber de Varronis Scriptis, habetur in editione ejus operum, Lugduni

Lugduni Batavorum, 1601. in 8. ex Officinâ Christophori Plantini.

AYBERTVS *Abbas Ordinis Cistercienfis* scripsit librum de Viris sanctitate illustribus sui Ordinis, maximè in Hispaniâ.

AYMARVS RIVALLIVS *Delphinas Iurisconfultus*, Juris Civilis Historiæ, Libri quinque, & Historiæ Juris Pontificii, Liber singularis. Moguntiæ, annis 1533. & 1539. Ubi de priscis Jurisconsultis qui sub Primis Romanis Imperatoribus vixerunt, & ex quorum Scripris excerpta, hinc inde in Pandectis adducuntur, agit, à Capitone incipiens, & in Sexto Pedio desinens.

BALBUS aliàs le BEGUE *Consiliarius Regis Galliæ, ejusdemque Advocatus in Curiâ Monetali*, Vitam Nicolai Fabri præfixit ejus opusculis, Parisiis 1614. excusis.

BALDERICVS *Noviomensis & Tornacensis Episcopus*, egit de Atrebatensibus & Cameracensibus Episcopis. In Chronico Cameracensis & Atrebatensis Ecclesiæ, qui Duaci 1615. prodiit curâ Georgii Colvenerii.

BALDERICVS, ALBRICVS *nonnullis, Civis Aurelianensis, Abbas Burgoliensis, postea Archiepiscopus Dolensis*, Vita B. Samsonis Episcopi Dolensis, & aliorum Pontificum Dolensium gesta; Vitæque Roberti de Arbricello fundatoris Monasterii Fontebrallensis, & S. Hugonis Rothomagensis Episcopi.

BALTAZAR BEBELIVS *Theologiæ Doctor, & Professor Argentoratensis*, in libro cui titulus, Antiquitates Ecclesiasticæ, Argentorati, 1674. III. Vol. in 4. edito, agit de Scriptoribus primi, secundi, tertii, & quarti sæculi.

BALTAZAR BONIFACIVS *Rhodiginus, Archidiaconus Tarvisinus*, scripsit Vitam Bonifacii Jurisconsulti.

BALTAZAR CAMINÆVS, Oratio de Vitâ & Laudibus Lamberti Distelmajeti Lipsiensis, J. U. D. Consiliarii, & Cancellarii Brandeburgici. Francofurti ad Oderam, 1540. in 4.

BALTAZAR CORDERIVS *Iesuita*, Catalogus Manuscriptorum Bibliothecæ Scorialiensis, post Prolegomena in S. Cyrilli Alexandrini Homilias XXIX. in Jeremiam Latinitate donatas, & Antuerpiæ 1648. in 8. editas.

BALTAZAR MENTZIUS *Saxo*, Oratio de Paulo Ebero, Kintzingensi Franco, Wittebergæ Linguæ Hebrææ Professore.

fessore. Extat in Orationibus Joannis Bismarci de Vitis Theologorum.

Ejusdem, Syntagma Epitaphiorum Wittebergensium. Magdeburgi, Imprimebat Andreas Seidner 1604. in 4.

BALTAZAR PORRENO *Conchensis Presbyter*, scripsit Hispanicè Vitam Cardinalis Albornos. Conchæ, apud Dominicum de Iglesia, 1623. in 8. Idem contexuit Elogia Cardinalium Hispanorum, & Historiam Archiepiscoporum Toletanorum, quæ asservatur in Ecclesiæ Toletanæ Bibliothecâ.

BALTAZAR RHAW *Naumbergensis Silesius, in Academiâ Wittebergensi Collegii Philosophici Decanus*, Oratio de Vitâ Valentini Fridlant Trocedoffii, Instauratoris & Rectoris Scholæ Gotbergensis. Extat Tomo 5. Orationum Melanchtonis.

BALTAZAR SCHUPPIUS *apud Hamburgenses Pastor*, Panegyricus Memoriæ Conrardi Dieterici, Superintendentis Ulmensis. Marpurgi, 1640. in 4.

BALTAZAR SORIUS *Valentinus Hispanus, Ordinis Dominicanorum*, De Viris illustribus Ordinis Prædicatorum Provinciæ Arragoniæ scripsit.

BALTAZAR VENATOR, Vita Petri de Spina Aquisgranensis, Doctoris Medici. 1625.

Ejusdem, Vita & Mors Ioannis Hussi descripta fideliter & excerpta ex actionibus & monumentis Martyris. Adjecta est ejusdem Camerarii Historicæ Narrationi de Fratribus Orthodoxarum Ec-

clesiarum in Bohemiâ, Moraviâ, & Poloniâ. Heidelbergę, Typis Voeglianis, in 8.

IOACHIMVS FELLERVS CYGNEVS, *Poëseos Professor, & Academiæ Lipsiensis Bibliothecarius*, Oratio de Bibliothecâ Academiæ Lipsiensis Paulina, anno ærę Christianæ, 1676. habitâ; Cui duplex subjunctus est Catalogus, Alter Manuscriptorum membranaceorum; Alter Manuscriptorum Chartaceorum in eadem Bibliothecâ extantium. Lipsiæ, 1677. 4.

Idem, Catalogus denuò editus est ibidem, anno 1686. sumptibus Ioannis Gleditsch. in 8. Cui præmissa est ejusdem Felleri Oratio Panegyrica perenni Memoriæ Caspari Borneri Sanctæ Theologiæ Professoris, & in eadem Academiâ Bibliothecarii.

IOACHIMVS GOLTZIVS Oratio de Vitâ Ioannis Baptistę Præcursoris Iesu Christi. Francofurti Marchiæ, In Officinâ Ioannis Eicherii, 4.

IOACHIMVS IOANNES MADERVS, De Bibliothecis atque Archivis Virorum clarissimorum collectiones, cum Præfatione de Scriptis & Bibliothecis Antediluvianis. Helmstadii 1666. in 4.

Idem, edidit Elogia duodecim, in 4. Et Centuriam Scriptorum, in 4.

IOACHIMVS MEIERVS *Professor Gottingensis*, X. doctos Fischeros celebravit, In Dissertatione Epistolica, ad Christophorum Fischerum, Superintendentem Gottingensem, teste Ioan. Mollero, in Homonymoscopia.

IOACHIMVS MEISTERVS *Gorlicienfis*, Oratio de Eutyche, & ejus erroris Sectatoribus, ab origine ejus Sectæ, Gorlicii excudebat Ambrosius Fritsch, 1583. in 4.

IOACHIMVS MOLLERVS *Hamburgensis*, *Consiliarius Luneburgicus*, Compendium Vitæ Alberti Krantzii delineavit, in Præfatione Metropoleos Christianę ejusdem Krantzii, editæ Basileæ, typis Ioannis Oporini, 1558. & 1568. in folio. Colonię, 1574. & 1596. & Francofurti 1575. 1590. & 1627. in folio.

IOACHIMVS NISÆVS *Pastor Berolinus*, Oratio in funere Petri Molleri. Berolini 1609. in 4.

IOACHIMVS PASTORIVS ab HIRSTENBERG *Eques Polonus*, Vita Ioannis Crellii, Pastoris Sociniani Racoviensis, præmissa

missa ejus Operibus. Habentur in Bibliothecâ Fratrum Polonorum & in Ethicâ Crellii. Amstelodami, 1681. in 4. edita. Eadem Belgicè prodiit, 1683. in 4.

Ejusdem, Orationes duæ de præcipuis Historiæ Autoribus. Dantisci, 1656. in 4.

Idem, edidit Catalogum Operum ab ipso conscriptorum inque XI. Voluminibus edendorum, 1676.

IOACHIMUS SANDRART à STOCKAU scripsit propriam Vitam. Habetur in Libro à se edito hoc titulo Academia Picturæ eruditæ, Noribergæ 1684. folio.

IOANNES *Discipulus Damiani Cardinalis Ostiensis*, Vitam ejusdem Damiani concinnavit. Extat in limine ejus Operum, Romæ, Tomis tribus 1606. 1608. & 1611. & Lugduni, 1623. III. Tomis, addito quarto Tomo, Parisiis, 1642. & 1663.

IOANNES ADAM, *Abregé de la Vie de François Borgia, troisiéme Général des Iesuites*. Burdigalæ, apud Joannem de la Court, 1672. in 8.

IOANNES ADAM OSIANDER *in Academiâ Tubingensi Theologiæ Professor*, Chronotaxis Historica Patriarcharum, Regum, Imperatorum, Conciliorum, Patrum, Scolasticorum, &c. Sturgardiæ, sumptibus Ioannis Gothofredi, Zubrods, 1674.

Idem, in Tractatu Theologico de Magiâ, Tubingæ, 1687. excuso, centum fermè Autores qui de Magiâ scripserunt, recenset.

IOANNES ADAM SCHERTZERUS, *Sanctæ Theologiæ Doctor, & Professor Primarius in Academiâ Lipsiensi*, Bibliotheca Antipapistica. Lipsiæ 1675. in 4.

Idem, habuit Orationem parentalem in funere Hieronymi Kromajeri, in eâdem Academiâ Theologiæ Professoris.

IOANNES ADOLFVS CYPRÆVS, Annales Episcoporum Slesvvicensium. Coloniæ, 1634. in 8.

IOANNES AGUDO, & VALENZUELA, edidit Hispanicè Vitam Prophetæ David. Granatæ, apud Franciscum Sanchez, 1656. in 4.

IOANNES ALBERTVS FABER, Decas Decadum, sive, Plagiariorum & Pseudonymorum Centuria; Accessit Dissertatio de Lexicis Græcis, eodem Auctore. Lipsiæ, sumptibus Hæredum Friderici Lanckisii, Halis Saxonum, litteris Salfeldianis, 1649. in 4.

Idem,

Idem, In Appendice Decades Decadum Lexica Græca recensuit, ac de iis judicium suum tulit.

IOANNES ALBERTVS FABRICIVS, Bibliotheca Latina, sive, Notitia Autorum Veterum Latinorum quorumcunque scripta ad nos pervenerunt, Accessit duplex Appendix, quâ de fragmentis & collectionibus Veterum Scriptorum Latinorum, monumentis antiquis, Poëtis Christianis, Iurisconsultis, Medicisque & de Scriptis quibusdam Hypobolymæis differitur. Hamburgi, apud Benjamin Schiler, 1697. in 8.

IOANNES ALBERTVS PORTNERVS, Elogium, sive, Breviarium Vitæ Hieronymi Bignonii. Parisiis, 1657. 4.

IOANNES ALBINVS, Bibliopola Moguntinus, Librorum, qui apud Ioan. Albinum habentur Catalogus, 1602. in 4.

IOANNES ALEXANDER BRASSICANVS, Vide *Alexander Brassicanus.*

IOANNES ALVARVS *Arragonius*, Vita S. Bernardi, Libris tribus, Hispanicè. Cæsaraugustæ 1595.

IOANNES AMBROSIVS BARBAVERA, *Mediolanensis Theologus*, *Patavii Professor*, *Ordinis Prædicatorum.* Oratio in laudem Thomæ Aquinatis. Venetiis, 1584.

IOANNES ANDREAS BOSIUS, *Lipsiensis*, *in Academiâ Ienensi Theologiæ Professor*, Schediasma de comparandâ notitiâ Scriptorum Ecclesiasticorum vulgavit Jenæ, 1673. in 4. in quo fusè & eleganter de his Scriptoribus agit, Judice Henrico Meimbonio in Addition. ad Vogl. Introd. 1. ad Not. Script.

Ejusdem, Introductio generalis in Notitiam Rerumpublicarum Orbis Universi. Jenę, ex Officina Samuelis Kresbii, 1676. 4. Agit de Autoribus qui Respublicas descripserunt. Cap. IV. De Geographis & Historicis. C. V. & XXXI. De Scriptoribus Genealogicis. C. XVII. De iis ex quibus peti potest notitia Imperiorum. C. XXX.

IOANNES ANDREAS QUENDSTEDT, *VVittebergensis*, Dialogus de Patriis Illustrium Doctrinâ & Scriptis Virorum. Editio secunda, in 4. Wittebergæ, sumptibus Joannis Ludolfi Quendstedt 1692.

IOANNES ANDREAS SCHMIDIUS continuavit Introductionem Sagittarii in Historiam Ecclesiasticam.

IOANNES

JOANNES ANGELUS ab ALTEMS *Romanus Gallesii Dux*, Vita Aniceti Papæ, Romæ, 1617.

IOANNES ANTELMIUS *Forojuliensis Canonicus*, De Veris Operibus S. S. Patrum Dissertationes Criticæ &c. Parisiis, 1689. in 4.

IOANNES ANTONIVS FLAMINIVS *Forocornoliensis*, Prosperi Aquitani Episcopi Regiensis Vita, præmissa ejus Operibus, Lugduni, apud Sebastianum Gryphium, 1539. in fol. excusis.

IOANNES ANTONIVS PANTHEVS *Veronensis, Hermolao Barbaro à Secretis*, scripsit Librum de Patriâ Pliniorum.

IOANNES ANTONIVS VALTRINVS, *Romanus Iesuita*, scripsit Italicè Vitas Aloysii Gonzagæ & Stanislai Kotskę è Societate Jesu.

IOANNES ANTONIVS XARQVE, *Hispanus Iesuita*, Vitæ Antonii Ruiz de Montjoya, & Josephi Cantalbini ex Societate Jesu. Cæsaraugustę, sub sui Fratris Francisci Xarque nomine, typis Michaelis de Luna 1664. in 4.

IOANNES ANTONIDES VANDER LINDEN, In Manuductione ad Medicinam adjuncta Hermanni Conringii in Universam Artem Medicam Introductioni, Spiræ 1688. in 4. editę, indicat optimos Autores qui de Medicinâ scripserunt.

Idem, Catalogus Bibliothecæ Joannis Antonii Vanderlinden. Lugduni-Batavorum, 1665. in 4.

IOANNES ARCERIVS THEODOREVS *Frisius*, Latinè vertit Jamblichum de Vita Pythagoræ. In Bibliopolio Commeliniano, 1618.

IOANNES ARETINVS *cognomine Tortellus* composuit Vitam S. Athanasii secundum quosdam, secundum alios Vitam ejus tantùm Latinam fecit. Vid. Baile Dict. Crit. & Hist. p. 341.

Idem, ut Autor est Vossius, de Hist. Latin. litteris consignavit Vitam S. Zenobii Episcopi Florentini B. Ambrosii æqualis.

IOANNES ARNOLDVS *Ecclesiæ Sonnebergensis Inspector*, Vita Francisci Baconis, Baronis de Verulamio, Vicecomitis de Sancto Albano, præmissa ejus Operibus, Lipsiæ apud Christianum Goezium, 1694. impressis.

IOANNES ARNOLDUS CORVINUS Oratio in Obitum Caspàris Barthii. Amstelodami, 1648. in 4.

Ejusdem, Oratio in Obitum Casparis Barlæi, Amstelodami, apud Cornelium Janssonium, 1648. folio.

IOANNES AUGUSTINUS GALLUCIUS, Vita & Res gestæ Alexandri Saulii, Romæ, 1661. in 4.

I. B. *Batavus*, *Iuris Studiosus*, Confutatio stultissimæ Burdonum Fabulæ, Adjuncta Satyris duabus Hercules tuam fidem, & Virgula Divina, Lugduni Batavorum, ex Officinâ Joannis Patii 1619. Ibidem extat Vita & Parentes Gasparis Scioppii à Germano quodam contubernali scripta.

IOANNES BAHNIUS *Theologiæ Professor*, *Regiomontana Aulæ Prutenicæ Concionator*, Catalogus Rectorum & Professorum Academiæ Regiomontanę à fundatione.

IOANNES BAPTISTA AGNESIUS, *Hispanus Valentinus Sacerdos*, scripsit Apologeticum Panegyricum de laudibus S. Hieronymi, carmine Elegiaco, adversus Erasmum qui eum Doctorem Virginem fuisse negavit, & somnium flagraque ob Ciceronis lectionem elevavit. Anno 1550. extabat Manuscriptus in Bibliothecâ Andreæ Schotti.

IOANNES BAPTISTA BEAU, *Iesuita Gallus*, Vita & Res gestæ Francisci de Stanno, Episcopi Ruthenensis, Gallicè. Claræmonte, in 4. Ibidem extat Vitę ejusdem Breviculum Latinè.

Ejusdem, Historia de Vitâ & Rebus gestis Bartolomæi de Martyribus, Archiepiscopi Bracarensis, Latinè, Parisiis, in 4.

IOANNES BAPTISTA CANCELLOTUS, *Italus Septempedanus*, *in Piceno*, *Iesuita*, edidit Italicè Vitam Sancti Severini, Episcopi Septempedani, ac Sancti Victorini illius Fratris. Romæ, typis Corbelleti, 1643. in 4.

IOANNES BAPTISTA CAPPONI *Medicus Bononiensis*, parat editioni Bibliothecam Medicam, cum Notitiâ Manuscriptorum totius Orbis in quocunque Idiomate.

Idem, Molitur Libros XII. de Erroribus clarorum Scriptorum Latinorum, & alios de Erroribus Clarorum Scriptorum Tuscorum; sed postmodum demum edendos.

Idem, prę manibus habere dicitur Historiam Medicam Universalem,

verſalem, referente Gregorio Leti in Italiâ Regnante. In quarto Libro agit de Doctis Medicis.

IOANNES BAPTISTA FABRI, *La Conchiglia Celeste. Elogii di Principi ed huomini Illustri d'Italia.* Venetiis, apud Joannem Jacobum Herrz 1690. in folio.

IOANNES BAPTISTA FUEILLET, *La Vie de Pie V.* Pariſiis, apud Cramoiſy, 1672. in 12.

Ejuſdem, *L'Année Dominicale, ou la Vie des Saints, des Martyrs, & autres Perſonnes Illuſtres de l'Ordre des Freres Prêcheurs. A Amiens,* 1679. in 4.

IOANNES BAPTISTA GUESNAY *Aquenſis Ieſuita*, Sanctus Joannes Caſſianus illuſtratus, ſive, Chronologia Vitæ S. Joannis Caſſiani, Abbatis Monaſterii S. Victoris ab eodem conditi Maſſiliæ. Accedit Elenchus Sanctorum, Virorumque Illuſtrium & Abbatiarum, Prioratuum, Cellarum, Eccleſiarum ab eodem Monaſterio dependentium, &c. Lugduni, apud Antonium Cellier, 1652. in 4.

IOANNES BAPTISTA IUSSIANUS. Vide *F. Cloiſaut.*

IOANNES BAPTISTA de MACHAVT, *Pariſinus Ieſuita*, Vita Ioannis de Montmarel, Monachi Ordinis Ciſtercienſis. Pariſiis, typis Sebaſtiani Cramoiſy, 1641. in 8.

IOANNES BAPTISTA MASCVLVS, *Neapolitanus Ieſuita*, Encomia Illuſtrium Virorum & Fœminarum Veteris Hiſtoriæ Sacrę, cum collatione externorum qui illis fuerunt Synchroni. Neapoli, Typis Ægidii Longi, 1641. in 4.

IOANNES BAPTISTA PASSERVS *Romanus, Pictor, Poëta, & Muſicus Academicus Infæcundus, Intrecciatus, Humoriſta, ac Sterilis, Le Vite de' Pittori che ſeguitano quelle del Baglioni, fine all' anno* 1673. Vid. Proſper. Mandoſ. Biblioth. Roman.

IOANNES BAPTISTA de PERVSIO, *Capucinus*, edidit Italicè Vitam Felicis de Cantalicio Capucini, Romę, ex Typographiâ Cameræ Apoſtolicæ, 1625. in 8.

IOANNES BAPTISTA RAMNVSIVS, Oratio in funere Franciſci Faſcoli, Magni Venetiæ Cancellarii. Extat inter Orationes Venetorum, Coloniæ, apud Hæredes Ioannis Quentel 1650. in 8.

Ejusdem, Vita Joannis Leonis, quę legitur in prima Parte Itinerum Leonis.

IOANNES BAPTISTA de ROCOLES, *Regis Galliæ Consiliarius*, *Eleemosynarius*, *& Historiographus*, præfixit Vitam Petri Davity ejusdem Libro inscripto, *Le Monde*, Parisiis, apud Dionysium Beches, & Ludovicum Billaine, 1660. 6. Vol. in folio edito.

IOANNES BAPTISTA SACCVS edidit Orationem funebrem in Obitum Ludovici Ateſtini Cardinalis.

IOANNES BALTAZAR BAVMBACHIVS, *in Academiâ Heidelbergensi Hebræarum & Græcarum Litterarum Professor*, Ἐπιτάφιος λόγος beatæ memoriæ Bartolomæi Coppenii in eâdem Academiâ Theologiæ Professoris. Heidelbergę, 1618. typis Ioannis Lancelot. 4.

IOANNES BAUDOUIN *Vnus è Quadraginta Academiæ Gallicæ Parisiensis*, Vita Torquati Tassi Gallicè. Habetur in principio ejus Operum Moralium in eandem Linguam conversorum. Parisiis, 1632. 8.

J. BERNIER, Historiam Chronologicam Medicorum excellentium; Item Virorum illustrium qui Medicinam magni fecerunt, vel etiam exercuerunt, vel ad ipsius incrementum aliquid contulerunt, fusiùs exhibet in libro cui titulus, *Essais de Medecine*, Parisiis, apud Simonem Langronne, 1689. in 4. excuso.

IOANNES BEDEL *La Vie de Pierre Fornier, dit le Pére Mataincour, Reformateur général des Chanoines Reguliers de la Congregation de nôtre Sauveur*. Parisiis, apud Sebastianum Picquet, in 8.

* IOANNES de BEKA & WILLHELMVS HEDA, De Episcopis Ultrajectinis. Ultrajecti, 1643. in folio.

IOANNES BENEDICTVS CARPZOVIVS, *S. Theologiæ Doctor & Professor in Academiâ Lipsiensi*, Vita Ioannis Tarnovii, in Academiâ Rostochiensi Theologiæ Professoris. Extat in Præfatione Commentariorum ejusdem Tarnovii in Prophetas Minores. Francofurti, & Lipsiæ 1688. editorum.

IOANNES BERTRANDVS Βίος Νομικῶν, sive, de Iurisperitis, Libri duo. Secunda Editio. Lugduni Batavorum, apud Ioannem à Gelder 1675. in 8. adjectis ad calcem Libri Ægidii Menagii, aliorumque Virorum eruditorum Animadversionibus & Notis.

IOAN-

IOANNES BLAEU, *Bibliopola Amstelodamensis*, Librorum Ioannis Blaeu Catalogus. Amstelodami, 1659. in 8. 1661. & 1665.

IOANNES de BLEMUR, *Vie des Saints tirée des Auteurs Ecclesiastiques Anciens & Modernes, divisée en quatre Tomes, augmentée de plusieurs Vies qui n'ont point encore paru en nôtre Langue.* 3. Vol. Lugduni 1683. fol.

IOANNES BOLLANDUS & GOTOFRIDUS HENSCHENIUS *Iesuitæ*, publicarunt anno 1643. Acta Sanctorum Januarii, Tomis duobus in folio Antuerpiæ; Acta Sanctorum Februarii, ibidem, tribus Tomis 1658. GOTOFRIDUS HENSCHENIUS, & DANIEL PAPERBROCHIUS in lucem emiserunt Acta Sanctorum Martii, ibidem 1668. tribus Voluminibus, Aprilis, 1676. Ibidem, tribus Voluminibus; Acta Sanctorum Maii, 1680. ibidem, tribus Tomis, non integra, sed tantùm sedecim priores dies exhibentibus. Anno 1685. continuarunt quartum & quintum, octo medios dies complectentes. Anno 1688. duo alii Tomi prodierunt ibidem, reliquos septem dies Mensis Maii pertexentes.

IOANNES BOMIUS edidit Orationem de Vitâ Henrici Vagetii Professoris Hamburgensis.

IOANNES BONA *Cardinalis* præfixit Libro à se composito de Psalmodia, notitiam Librorum & Auctorum qui in hoc Opere citantur.

IOANNES BRENNECCIUS *Saxo, Sacræ Linguæ Professor Helmstadiensis*, edidit Orationem in Obitum Conrardi Horneii Brunsvvicensis, in Academiâ Helmstadiensi Theologiæ Professoris.

IOANNES BRITANNICUS. Vide *Cornutus*.

IOANNES BRICCIUS *Romanus*, scripsit Vitas Pictorum, Sculptorum, & Architectorum Illustrium, antiquorum & modernorum, usque ad Michaelem Angelum Buonarotam, quæ M S S. extant apud ejus filios, teste Prospero Mandosio in Biblioth. Rom.

IOANNES de la BRUYERE *Unus è Quadraginta Academiæ Galliæ Parisiensis*, egit de Theophrasti Vitâ in Præfatione Versionis Gallicę Caracterum ejusdem Theophrasti sæpè impressorum, Parisiis & apud Batavos. In ultimâ editione hujus Libri post

Ioannis de la Bruyere mortem, extat ejusdem Elogium.

JOANNES BUDDEN *Anglus Dorsetensis*, *Oxoniæ in Collegio Magdelenensi Iuris Professor*, Vita Joannis Mortoni Archiepiscopi Cantuariensis, Londini 1607. in 4.

JOANNES BURCHARDUS MAJUS, *in Academiâ Helmstadiensi Græcæ Linguæ Professor*, Relationes Historiæ complectentes Res toto orbe terrarum gestas, quibus subjectum est caput de Re Litterariâ, Virisque nostri temporis eruditis. Francofurti ad Mœnum in 8. editæ.

JOANNES BURCHARDUS, *Argentinensis*, Specimen Historiæ Arcanæ, sive Anecdotæ, Alexandri VI. Papæ. Hanoveræ, 1696.

JOANNES de BUSSIERES, *Gallus Bellovacensis*, edidit Gallicè Vitam Ignatii de Loyola. Lugduni, apud Antonium Molin 1670. Et Vitam Francisci Xaverii. Ibidem, eodem anno, & eâdem formâ.

JOANNES BUXTORFIUS *filius Ioannis*, Vita Rabbi Mosis Maymonidis, in Præfatione ejus Libri, cui titulus Doctrina perplexorum, Basileæ, sumptibus Ludovici König 1627. in 4.

JOANNES CÆSARIUS, Vitæ Archiepiscoporum, & Episcoporum Ecclesiæ Cracoviensis, in 4.

JOANNES de la CAILLE *Senior, Typographus Parisiensis*, à medio Sæculi XV. ad Sæculi usque XVI. auspicia, ordine Chronologico antiquiores Typographos recenset, & omnes Typographos quotquot ab anno 1464. usque ad 1689. Lutetiam incoluere, in Libro inscripto, *Histoire de l'Imprimerie & de la Librairie*, où l'on voit son Origine, & ses progrés, jusqu'à l'année 1689. Parisiis, apud Joannem de la Caille, 1689. in 4.

JOANNES CALUNDANUS, Descriptio Vitæ & Mortis Nicolai Kaasii. Salmurii, 1630. in 8.

JOANNES CAMILLUS ZACCAGNIUS *Romanus*, Orationes duæ de laudibus Leonis X. Romæ, 1622. apud Jacobum Mascardum 4. Alia de laudibus Thomæ de Villanova Archiepiscopi Valentini, Ibidem, eodem anno.

JOANNES CAMPEGIVS, Catalogus Librorum Galeni, & quo sunt ordine legendi. Extat cum Symphoriani Campegii cribrationibus Medicamentorum. Lugd. apud Sebast. Gryphium, 1534. in 8.

JOAN-

JOANNES CAPGRAVIUS *Anglus*, *Ordinis Augustiniani*, *in Cœnobio Cantuariensi Monachus*, Historia de inclytis Henricis omnibus Regibus, Imperatoribus, Scriptoribus aliisque, ad Henricum VI. Angliæ Regem; Manuscripta in Bibliotheca Collegii Sancti Benedicti, seu, Corporis Christi, Cantabrigiæ, teste Gulielmo Cave, in Historiâ Litterariâ.

Idem, conscripsit Historiam de omnibus inclytis Henricis, quę superest ἀνέκδοτος in Bibliothecis Cantabrigiensi, & Cotoniana.

JOANNES CAROLUS FLORENTIUS *Dominicanus*, scripsit Librum ineditum in quo continentur Vitæ insignium Virorum qui in Claustro Mariæ Novellæ Florentiæ sito, floruerunt. Mabill. Mus. Italic. pag. 162. Vitæ autem illæ sunt Joannis Salernitani, primi fundatoris illius Domus; Aldobrandini Cavalcanti, Urbevetani quondam Episcopi; Simonis Salterelli, Pisani Antistitis; Angeli Acciajoli, Præsulis Florentini; Alexii Strozzæ, Theologi præstantissimi, & Joannis Dominici Raguzani, Antistitis, & S. R. E. Cardinalis. Extat in Bibliothecâ illius Conventus.

JOANNES CARNOTENSIS. Vide *Herbertus de Hoscha*.

JOANNES de CARTAGINE scripsit Vitam Joannis Charronis, Autoris Libri cui titulus, *De la Sagesse* aliquoties editi.

JOANNES CASELIUS *Gottingensis*, *in Academiâ Iuliâ Latinarum*, *Græcarumque Litterarum Professor*, In Epistolâ ad Henningum Arnisæum, anno 1610. scriptâ, in Arte Medicâ præstantes Viros & Studiis Sapientiæ Claros, quorum amicitiâ usus est, recenset & laudat.

Ejusdem, Oratio funebris in Obitum Joannis Borchold. J. C. Helmstadii excudebat Jacobus Lucius 1594. 4. Epistola de Obitu Joannis Samoscii, Poloniæ Cancellarii, continens ejus Vitæ Historiam. Helmstadii apud eundem, 1505. 4.

JOANNES CASTALIO, Vita Fulvii Ursini, Romæ, 1657. in 8.

JOANNES CASTELLANUS, *Hispanus*, *Sacerdos Tunxensis*, *in Americâ*, scripsit Opus carmine, hoc titulo, *Varones illustres de Indias*, tribus partibus, quarum prima vidit tantum lucem, 1589. in 4. Vide Nicol. Anton. in Bibl. Hispaniæ.

JOANNES CAVACIUS, Vide *Iacobus Zabarella*.

IOAN-

JOANNES CERMESSONIUS, Vita Sancti Petri Thomæ, Patriarchæ Constantinopolitani, curâ Danielis à Virgine Mariâ. Carmelitæ, editæ. Antuerpiæ, 1666. in 8.

JOANNES CHAPEAVILLE *Canonicus & Vicarius Leodiensis*, Gesta Pontificum Trajectensium, Leodicensium, & Tungrensium. Leodii, 1612. in 4.

Ejusdem, Ægidii Leodiensis Monachi Ordinis Cisterciensis Vita præfixa Tomo 2. Historiæ Leodiensis ab eodem Ægidio concinnatæ, & editæ Leodii 1613.

JOANNES CHENU, scripsit Chronologiam Archiepiscoporum & Episcoporum Galliæ. Parisiis, 1621.

JOANNES CHEVALIER, *Gallus Perticensis in Diœcesi Sagiensi, Iesuita*, Gallicè reddidit è Latino Vitam Roberti Arbresellensis Fundatoris Ordinis Fontis-Ebraldi. Flexiæ, typis Georgii Griveaum, 1647. in 8.

JOANNES CHRISTOPHORUS BECMANNUS, Memoranda Francofurtana, Notitia Universalis de Initiis, Privilegiis, Ordine, Statutis, Catalogus Universalis Bibliothecæ, nunc publicæ, antea privatæ. Jenæ, 1676. in 4.

Catalogus Universalis Bibliothecæ Publicæ Francofurtanæ, &c. Francofurti ad Oderam, 1576. ex prælo Friderici Ecchornii, in folio.

JOANNES CHRISTOPHORVS HAHNIUS, Insigniora Cœli Sionæi Sidera, hoc est, præcipui Primitivæ Ecclesiæ Novi Testamenti per aliquot Sæcula Patres & Doctores juxta eorundem ortum, progressum, occasum, πρὸς ὄμμα exhibiti. Lipsiæ, 1668. De eo Vide Censuram Jo. Andr. Bosii Script. Eccles. C. III. §. xxxv. & seqq.

JOANNES CHRISTOPHORUS HUSWEDELIUS, Oratio Parentalis in memoriam Joannis Husvvedelii Hamburgensis, in Academiâ Rostochiensi Professoris Rostochii, 1652.

JOANNES CHRISTOPHORVS MEELFUHRERUS, *Onoldofrancus*, Corona centum Patrum, & Doctorum Ecclesiæ, ostendens eorum Natales, educationem, res gestas, scripta tam genuina, quàm supposititia, nævos & errores, ex Historia Ecclesiastica, deducta. Giessæ, 1670. Litteris Friderici Krageri in 4.

JOANNES CHRISTOPHORUS RUMETSCHIUS, edidit

edidit Schediaſma de Univerſali Theologorum Evangelicorum Hiſtoriâ.

JOANNES CHRISTOPHORUS WAGENSEILIUS, *Profeſſor Altorfinus*, De Sacri Romani Imperii liberâ Civitate Noribergenſi Commentatio, Altorfii Noricum, typis, impenſiſque Jodoci Willielmi Kohleſii, 1697. in 4. Capite XI. rariores Bibliothecæ publicæ libri enarrantur.

Idem, in Pera Librorum Juvenilium à ſe vulgara. Ibidem, 1695. Tom. 3. parte 1. agit de Pontificibus Romanis & de Viris Doctis qui in ſingulis ſæculis floruerunt, eorumque Operibus.

Idem, edidit elegantem Exercitationem in quâ enumeravit eos qui de Symbolis & Emblematis egerunt.

JOANNES CHRISTOPHORUS WIEDERUS, *Rector Gymnaſii Poëtici Ratisbonenſis*, Oratio in Obitum Baltazaris Balduini.

JOANNES CHRYSOSTOMUS van der STERRE Vitas Norberti Canonici Præmonſtratenſis, Patriarchæ, Magdeburgenſis Archiepiſcopi, totius Germaniæ Primatis, Antuerpienſium Apoſtoli, Notationibus illuſtrata à Polycarpo de Hertoghe. Antuerpiæ, 1656. in 4.

IOANNES CIAMPINUS *Romanus*, *Magiſtratus Brevium Gratiæ, ac in Utraque Signaturâ Referendarius*, Examen Libri Pontificialis, ſive, Vitarum Romanorum Pontificum, quæ ſub nomine Anaſtaſii circumferuntur; Cujus occaſione idem Anaſtaſius à calumniis Heterodoxorum vindicatur, ac in fine Bibliothecariorum Sedis Apoſtolicæ fœcundus Catalogus apponitur, ex quo nonnulla pro illuſtrandâ hiſtoriâ eliciuntur. Romæ, 1688. in 4.

IOANNES CINCINNUS *Lippienſis Presbyter Coloniæ in Gymnaſio Montis Profeſſor*, Vita Ludgeri Virumofriſii, Abbatis Cœnobii in Comitatu Marcano ad Ruram Werdinenſis, & deinde Monaſterienſis Epiſcopi primi. Coloniæ, typis Quintelianis, 1515.

IOANNES CINELLI, *Della Bibliotheca Volante, Scanzia 3. e 4.* Neapoli. *Scanzia quinta. In Parma, per Giuſeppe dall' Oglio & Hippolito Roſati*, 1686. *in* 8. *Scanzia ſeſta*, 1689. *Scanzia ſettima, e ottava* 1692.

Ejuſdem, *Vita di Santo Girolamo.* Florentiæ, 1688.

IOANNES CLERICVS *Genevensis*, Thomæ Stanleii Historiam Philosophiæ Orientalis recensuit, ex Anglicâ Linguâ in Latinam transtulit; Notis in Oracula Chaldaica & Indice Philologico auxit. Amstelodami 1691. in 8.

Ejusdem, Bibliotheca Universalis. Gallicè XXV. Voluminibus, Amstelodami apud Abramum Wolfgang, quorum primum editum est anno 1687. & ultimum 1693.

IOANNES COCCEIVS *in Academiâ Lugduno-Batavâ Theologiæ Professor*, Oratio Parentalis in exequiis Ioannis Macovii Nobilis Poloni, Franekeræ Theologiæ Professoris, habita 2. Iulii 1644.

IOANNES COCKSVT *Nobilis Anglus*, Vita Henrici Mori Cantabrigiensis, Operibus ejus præfixa. Londini, typis I. Macok, 1679. duob. Vol. in folio.

IOANNES COLGANVS Acta Sanctorum Scotiæ & Hiberniæ. Parisiis 1645. fol.

IOANNES COLVMBI *Gallus Monuascai in Provinciâ natus*, *Iesuita*, De Rebus gestis Episcoporum Vivarensium, libri 4. Lugduni, per Ioannem Gautherin, 1638. in 4. De Rebus gestis Episcoporum Vasionensium, lib. 4. Ibidem 1656. in 4. & Lugduni, 1668. in folio. Adjectis Libris quatuor de Rebus gestis Episcoporum Sistariensium.

IOANNES COLVMNA *Romanus*, Ejus Opus de Viris Illustribus Paganis & Christianis extat Venetiis in Bibliothecâ Sanctorum Ioannis & Pauli. Agit primò de Socrate, deinde de Christianis.

IOANNES COMBACHIVS, *in Academiâ Marpurgensi Philosophiæ Professor*, Oratio Parentalis in Obitum Ioannis Moltheri Senioris in eâdem Academiâ Theologiæ Professoris.

IOANNES CONRARDVS BRVNNERVS, Memoria Wepferiana Magni Viri D. Ioannis Iacobi Wepferi, diversorum Principum S. R. I. & Reipublicæ Schafusianæ Archiatri, Naturæ Curiosorum adjuncti. Extat ad Calcem Decuriæ tertiæ annorum 1695. & 1696. Miscellaneorum Curiosorum, sive, Ephemeridum Medico-Physicarum Germanicarum, Academiæ Naturæ Curiosorum. Lipsiæ, & Francofurti 1696. in 4.

IOANNES CONRARDVS DAVNHAVERVS

Memoria

Memoriâ Thaumasiandri Lutheri renovata. Argentorati, 1683. in 4.

JOANNES CONRARDUS DIETERICUS *Professor Giessensis*, Breviarium Pontificum Romanorum, exhibens eorum Vitam à Lino usque ad Alexandrum VII. Giessæ 1663. in 4. typis, & sumptibus Friderici Kragii.

JOANNES CONRARDUS DURRIUS, *in Academiâ Altorfinâ Philosophiæ Moralis & Theologiæ Professor*, Memoria Joannis Fabricii Ecclesiæ Noribergensis Antistitis, & Professoris Theologiæ Altorfini, præfixa ejusdem Fabri Prælectionibus Theologicis, Altorfii, apud Joannem Henricum Schonnentadt, 1681. in 4.

Ejusdem, Virtutes & Memoria Georgii Konig Theologiæ Doctoris, & Professoris Altorphini Primarii. Norimbergę, 1656. in 4. Laudatio funebris Jodoco Christophoro Kressio à Kressenstein, Reipublicę Noribergensis Septemviro, & Scholarchę dicta, Ibidem, 1663. 4.

JOANNES CONRARDUS RUMELIUS, *Palatinus*, *Principis Anhaltini Medicus*, contexuit Vitam Patris sui Joannis Rumelii Diaconi Norlingensis.

Idem, descripsit Vitæ suæ cursum.

JOANNES de COUTANCE *Dominus de Launoy, Doctor Sorbonicus*, Historia Collegii Navarræ, continens Vitas & Elogia Professorum ejusdem Collegii ab anno 1300. usque ad annum 1640. Parisiis, apud Viduam Edmundi Martin, 1676. in 4.

JOANNES CUSTERUS, Oratio Parentalis in Obitum Lucę Backmeisteri, Luneburgensis, Rostochii Theologiæ Professoris, & Superintendentis Megalo-Politani. Extat in Memoriis Theologorum Henninges Witte. Francofurti 1674. in 8. editis.

JOANNES CYGNÆUS egit de Epistolis Bambergensibus in Annalium Bambergensium Prodromo, Moguntiæ, 1630. excuso.

JOANNES DANIEL DIETERICUS. Vide *Daniel Dietericus*.

JOANNES DANIEL MAJOR *Medicus Academiæ Kilonensis*, Memoria Sachsiana Imperiali Naturę Curiosorum So-

 cietati

cietati ac posteris commendata, seu, Vita Jacobi Philippi Sachs à Levvenbourg, Uratislaviensis Philosophi & Medici. Lipsiæ, sumptibus Joannis Fritschii 1675. in 4. Extat etiam in Appendice ad annum 4 & 5. Ephemeridum, Naturę Curiosorum, Lipsiæ 1676. in 4. excuso.

Idem, molitur Opus inscriptum Memoria Chersonesi Saxo-Cimbricę quo in Scenam protrahetur quicquid Antiqui undecunque potest corradi de Wagnę, Stormariæ, Dithmarsiæ, Holsatiæ Slesvvici & Jutiæ, Urbibus, Arcibus, Cœnobiis, Prædiis, Templis, Curiis, Sepulchris, Palatiis, Ruderibus, & aliis Ædificiis publicis ac privatis, Ornatu Sacerdotali antiquo, Reliquiis, Campanis Bibliothecis, harumque Priscis Codicibus &c. ad annum 1500. Vide Jo. Moller. Isagoge ad Hist. Chers. Cimbr. p. 8. part. 1.

JOANNES DECKERUS *Doctor & Imperialis Cameræ Iudicii Spirensis Advocatus & Procurator*, De Scriptis Adespotis, Pseudographis, & Suppositiciis, Conjecturæ, 1681. in 12. Eædem Conjecturę cum Additionibus Variorum, altera Parte auctiores prodierunt, Amstelodami, apud Isbrandum Haring, 1686. in 12.

* *Idem*, in Specimine Commentarionum de Rebus Cameralibus, Bibliothecam Cameralis Juris Scriptorum exhibet. Spiræ 1676. in 4.

JOANNES DIECMANNUS conscripsit Librum de Naturalismo, in quo de Joanne Bodino multa memoratu digna habentur. Lipsiæ, sumptibus Joannis Friderici Gleditschii 1684. in 12.

JOANNES DOMINICUS HESS, Catalogus Antistitum & Archiepiscoporum qui Ecclesiæ Salisburgensi à D. Ruperto totius Bavariæ Apostolo, in hunc usque diem ordinariâ successione præfuerunt. Ingolstadii, 1586.

JOANNES DONNE *Decanus Ecclesiæ Paulinæ Londinensis*, Poëmatibus suis Anglicis, Epistolam Latinam inseruit, cui subjunxit Catalogum Autorum Ridiculorum.

JOANNES DOUJAT; *Antecessor Parisiensis, ac Regiorum Professorum Primicerius*, in Libro secundo Prænotionum Canonicarum, Parisiis, apud Baptistam Cognard, 1687. in 4. edito, enumerat Autores Historiæ Ecclesiasticę, Interpretes, & Jurisconsultos Canonicos, Antiquos & Modernos, eorumque vitas breviter describit.

Ejusdem,

Ejusdem, *Eloges des Personnes Illustres de l'Ancien Testament*, Parisiis, 1688. in 12.

Idem, Vitam Titi Livii præfixit ejus Historiæ à se Notis illustratę. Parisiis, apud Fridericum Leonard, 1679. in 4.

JOANNES DRUSIUS, *Audenardensis*, *Linguæ Hebrææ Professor*, primò Oxoniæ, deinde Lugduni Batavorum, demum Franekerę, Oratio in Obitum Josephi Scaligeri 1609. in 4.

JOANNES EISENHART *in Academiâ Helmstadiensi Professor*, in Libro cui titulus, Institutionum Juris Naturalis in Moralis Philosophiæ doctrinâ repræsentatio, Helmstadii 1684. apud Wolfgangum Hammeum in 12. excuso, Vetustos & recentiores Juris Interpretes recenset.

JOANNES ERNESTUS GERARDUS, *in Academiâ Salanâ Theologiæ Professor*, Officina Biblica de Scripturâ Sacrâ in genere, & in specie de Libris ejus Canonicis, Apocryphis, deperditis, spuriis. Lipsiæ, 1636. Wittebergæ, 1668. in 4.

Ejusdem, Threnologia de Ortu, Vitâ, Studiis, aliisque Rebus gestis, & Obitu Salomonis Glassetii, Superintendentis Luneburgensis. Norimbergæ, 1657. in 4.

JOANNES F. *La Vie de Renaut de Saint Gilles Religieux de la Dominique*. Parisiis, apud Camusat, 1645. in 12.

JOANNES FABRICIUS, Oratio de Vitâ Conrardi Pellicani. Marpurgi, 1608. in 8.

IOANNES FABRICIVS *Theologiæ Professor*, & IOANNES KELPIVS *Dalia-Transylvanus Saxo*, ediderunt Catalogum aliquot Patrum & Doctorum Ecclesiæ, qui cum alios refutare laborarent, fervore disputationis abrepti, in contrarios errores inciderunt, hoc titulo, Scylla Theologica. Altorfi, excudit Henricus Meyer 1690.

IOANNES FECHTIUS, *Sacræ Theologiæ Licentiatus, Marchionis Badensis Consiliarius Ecclesiasticus, & Concionator*, Ioannis Marbachii Theologi Argentinensis Vitam descripsit. Habetur in Præfatione Epistolarum ad Marbachios scriptarum, Durlaci, typis Martini Mulleri, 1684. in 4. excusarum.

IOANNES FELL, *Episcopus Oxoniensis*, Henrici Hammundi Theologiæ Doctoris & Professoris Oxoniensis Vita, Anglico Idiomate scripta. Extat Tomo primo Operum ejusdem Ham-

mundi, 1684. Londini, impensis R. Royston, & R. Davis in folio editorum.

Idem, edidit Alcinoum de Doctrinâ Platonis Gr. & Latinè, cum syllabo Scriptorum Platonis quæ supersunt. Oxonii, 1667. 8.

IOANNES FERINARIVS, *Marpurgi Historiarum Professor*, De Vitâ & Morte Bernharti Schefferi, Cancellarii Hassiaci. Marpurgi 1587. in 4. Excudebat Paulus Egenolphus.

IOANNES FERRANDVS, *Gallus Aniciensis, Iesuita*, Ferrandus Redivivus, seu, Vita Hectoris Fulgentii Ferrandi. Lugduni, apud Gulielmum Barbier, 1650. in 4.

IOANNES FINCKELIVS *Medicinæ Doctor*, De Vitâ & Morte Ioannis Nævii, Medicinæ Doctoris, & Electoris Saxonici Archiatri. Lipsiæ 1675.

IOANNES FORSTERVS, *in Academiâ VVittebergensi Theologiæ Professor*, Vindiciæ Lutheri, id est, Orationes pro Luthero adversus convitia & calumnias Iesuitarum, Nicolai Serrarii imprimis. Wittebergæ, apud Nicolaum Schurerium, 1612. in 4.

IOANNES FOY-VAILLANT *Bellovacus, Medicinæ Doctor, & Ducis Cœnomanensis Antiquarius*, In Præfatione Libri à se editi Parisiis, 1688. fol. cui titulus, Numismata aurea Imperatorum & Augustarum &c. recenset illustres Antiquarios.

IOANNES FRANCISCVS ANDREAS de USTARROZ, *Cæsar-Augustanus*, Panegyricus in exequiis Doctoris Thomæ Tamajo de Vargas, Historiographi Regis Hispaniæ. Cæsar-Augustæ, 1642.

Idem, Editioni parabat Vitam Hieronymi Suritæ, & Bibliothecam Scriptorum Arragoniæ.

IOANNES FRANCISCVS POGGIVS BRANDOLINVS, dictus à Patriâ FLORENTINVS, Orationes funebres in obitum Francisci Zabarellæ Cardinalis, & in funere Nicolai Nicolai, editæ cum aliis ejusdem Poggii Operibus, Basileæ apud Henricum Petri, 1538. in folio.

Ejusdem, Oratio funebris in Nicolaum Albergatum Cardinalem. Habetur inter alios Scriptores Vitæ Albergati. Coloniæ, 1614. 4.

Ejusdem, Oratio in funere Leonardi Aretini, apud Balusii Miscellanea, Tomo 3. pag. 248.

IOAN-

IOANNES FREDERUS *Iunior, Hamburgensis, Theologiæ Doctor, & Oratoriæ initio, deinde autem Sacrarum Litterarum in Academiâ Rostochiensi Professor*, Epitaphia Viris aliquot de Ecclesiâ & Republicâ Hamburgensi meritis scripta, ac Poëmati in Obitum Joachimi Westphali Superintendentis, Heroico, Rostochii in 4. excuso, cum Joannis Methodii Oratione Parentali subjuncta.

IOANNES FREYRE, *Olysipponensis Iesuita*, Vita Francisci Suarez Granatensis, quæ Tomo ejusdem de Angelis præfixa est. Lugduni 1621. in folio.

IOANNES FRIDERICVS CRAMERVS, *Serenissimi ac Potentissimi Electoris Brandenburgici Consiliarius*, Elogium Viri Summi Samuelis Baronis de Pufendorf ejusdem Principis Consiliarii intimi, ad Virum Celeberrimum Joannem Georgium Grævium scriptum. Berolini, literis Salfeldianis 1694. folio.

IOANNES FRIDERICVS FRANCVS, Panegyricus sæcularis complectens originem, incrementa, & fortunam Academiæ Lipsiensis, in quo nonnulli Professores Lipsienses laudantur. Adjectus est Lipsiæ Davidis Pfeifferi, Martisburgi, apud Ruttlandum Wœchtler 1686. impressæ.

IOANNES FRIDERICVS GRONOVIVS, Oratio funebris Iacobi Golii Professoris Lugduno-Batavi.

IOANNES FRIDERICVS KONIG *Theologiæ Doctor, & Ecclesiarum Mecklenburgensium ac Ratzenburgensium Superintendens*, Ara Gratitudinis, Memoriæ Henrici Hopfneri Theologi de Academiâ Lipsiensi, atque Universa Christi Ecclesia meritissimi, Dresdę consecrata. Lipsiæ 1642. in 4.

IOANNES FRIDERICVS KORBERVS, Sylloge & Notitia Variorum Autorum in Philologiâ & Philosophiâ secundum seriem disciplinarum instituta, & in gratiam juventutis edita. Jenæ, 1675. in 8.

IOANNES FRIDERICVS MAYERVS in Epistola ad Vincentium Placcium quæ habetur inter ipsius Dissertationes selectas, Francofurti 1692. 8. editas, egit de Scriptoribus Anonymis & Pseudonymis.

IOANNES FRIDERICVS Von der STRASS edidit Memoriam Thaumasiandri Lutheri renovatam.

IOANNES FRITSCHIVS, Catalogus Universalis, hoc

hoc est, omnium Librorum, Theologicorum videlicet, Iuridicorum, Medicorum, Miscellaneorum, Variis Linguis, nempè Latinâ, Germanicâ, Gallicâ, Italicâ, &c. cum à Veteribus, tum à Neotericis Autoribus Scriptorum, qui in diversis Officinis Librariis, Lipsiensi scilicet, Dresdensi, & Francofurtensi ad Mœnum ejusdem Fritschii reperiuntur & Venales prostant Alphabetica, & quoad titulos omnes fermè integros perspicua designatio. Lipsiæ, 1679. in 4.

IOANNES FVNCCIVS *Noribergensis Pastor Regiomontanus, postea Concionator & Consiliarius Aulicus*, Vitę suæ partem enarravit in Epistola ad Albertum Brandeburgicum quam præmisit Chronologiæ suæ, cujus sunt multę Editiones.

IOANNES GABRIEL DRECHSLER *VVolkensteinensis Misnicus, Gymnasii Hallensis Collega*, Historico-Chronologicum Compendium Compendiosum sine dispendio, in quo omnes à nato Christo Imperatores Occidentales & Orientales cum Vitis & Symbolis, &c. Summi Pontifices cum Vitis, Concilia & Persecutiones, Patres & Doctores, Hæretici, &c. Scriptores profani tanquam in nuce; ingenti memoriæ adjumento exhibentur. Cum Indice multiplici, quo Ordine Alphabetico, Imperatores, Pontifices, Concilia, Patres, Hæretici, Scriptores Prophani, & Regna, adscripto sæculo, facilè evolvi possunt. Francofurti, 1674. in 12.

IOANNES GAGNEIVS, Vita Alcimi Aviti Archiepiscopi Viennensis Poëtę Christiani in limine ejus Operum ex recensione Ioachimi Zehner Pastoris & Superintendentis Schleusingensis. Lipsiæ, apud Michaelem Lantzenberger, 1604. in 8.

IOANNES GARETIVS, *Monachus Ordinis S. Benedicti è Congregatione Sancti Mauri*, Vita Magni Cassiodori Senatoris V. C. Exquæstoris, Exconsulis, Exmagistri Officiorum, Expræfecti Prætorio, & Patritii, ac deinde Vivariensis, seu, Castelliensis Monasterii Fundatoris, & Abbatis, præmissa ejus Operibus, Rothomagi, 1679. impensis Ludovici Billaine, & Antonii Dezalliers, 2. Vol. in fol. excusis.

IOANNES GARNERIVS, *Iesuita*, Systema Bibliothecę Collegii Parisiensis Societatis Iesu. Parisiis, apud Cramoisy 1678. in 4.

Ejusdem, Præfatio Generalis in omnia Marii Mercatoris Opera, in quâ

in quâ agit de ejus Vitâ & Operibus. Parisiis, apud Sebastianum Mabre-Cramoisy, 1673. in folio.

IOANNES GASMERUS, *Brunsvvigæ ad S. Catherinæ Minister*, Oratio de Vitâ & Obitu Martini Chemnitii, Theologiç Doctoris & Superintendentis Brunsvvicensis, 1588. in 4.

Ejusdem, Oratio de Vitâ & Obitu Henrici Lampadii Senioris, Ministri Ecclesiæ Brunsvvicensis, in quâ simul ejus Ecclesiæ ab Idolomaniis repurgarç initia & progressus exponuntur. Hamburgi, apud Iacobum Wolfium, 1590. in 8.

IOANNES GAUDEN *Anglus, Oxoniæ Theologiæ Doctor*, Concio habita cum Rodolpho Brouring, Episcopo Exoniensi justa peragerentur funebria, unâ cum ejusdem Vitâ & Morte, Londini, 1660.

IOANNES GEORGIUS DORSCHÆUS *Argentoratensis, in Academiâ Rostochiensi Theologiæ Professor*, Indictio ad funus Iacobi Leniken Senatoris Rostochiensis continens Historiam ejus Vitç, & Henrici Schuckmanni Iurisconsulti in Academiâ Rostochiensi Antistitis, in quâ agitur de ejus Vitâ. Habentur in Semestri Tyburtio-Dionysiaco Rostochiensi &c. Rostochii, 1657. in 4. excuso, apud Ioach. Bilden.

Ejusdem, Biblia numerata, seu, Index specialis Variorum S. Scripturç Interpretum ad singula Librorum capita & commata, auctus à Ioanne Grampsio. Francofurti ad Mœnum, 1671. in fol.

Ejusdem, Anticornæus. Argentinæ, 1649. Ibi agit de Theologis Scholasticis, & de Lutheri Doctrinâ, Vitâ & Moribus.

Idem, Dionysios Veteris Ecclesiæ celebravit, in Sermone finali cum Rectoratum Academiæ deponeret, dicto, ac Syllogæ semestri Miscellaneorum Historico-Theologicorum, Rostochii 1669. in 4. excusæ, inserto.

Idem, Tyburtios Veteris Ecclesiæ recensuit, in Sermone Inaugurali, cum Rectoratum Academiæ capesseret dicto, & eidem Syllogæ inserto.

IOANNES GEORGIUS GRÆVIUS, Oratio funebris in Obitum Ioannis de Bruine, Physices & Matheseos in Academiâ Trajectinâ Professoris. Amstelodami 1675. in 4.

Ejusdem, Oratio in Natalem quinquagesimum Academiæ Trajectinæ. Trajecti, apud Franciscum Halma, 1686. In eâ

T plures

plures ejuſdem Academiæ Profeſſores recenſet & laudat.

Ejuſdem, Oratio funebris in Franciſcum Burmannum, Lugduno-Batavum, Trajecti Theologiæ Profeſſorem, præmiſſa ejuſdem Burmanni Tractatui de Paſſione Ieſu Chriſti. Herbornæ, ſumptibus Ioannis Nicolai Andreæ, 1695. in 4.

Idem, præmiſit Vitam Franciſci Iunii, Franciſci filii ejus Libro de Pictura Veterum, Roterodami 1694. in fol. excuſo.

Ejuſdem, Index Interpretum Tullianorum præfixus Ciceronis Epiſtolis familiaribus ex Grævii recenſione, Amſtelodami, ſumptibus Blaviorum, & Henrici Weſtenii, 1684. in 8. editis.

IOANNES GEORGIVS LAYRITZ *in Gymnaſio Baruthino Hiſtoriæ Sacræ & Civilis Profeſſor*, Synopſis Hiſtoriæ Eccleſiaſticę Baruthi 1678. Ibi agit de Patribus & Doctoribus Eccleſiæ, quibus Hiſtoricos Eccleſiaſticos, Item Iuriſconſultos, Medicos, Philoſophos, & Philologos adnexuit. Adjecit etiam Scriptorum Gentilium celebriorum nomina, & Viros eruditos qui inter Mahumetanos claruerunt.

IOANNES GEORGIVS SCHIELEN Bibliotheca enucleata, ſive, Aurifodina Artium & Scientiarum omnium &c. Viennę, 1679. in 4.

IOANNES GEORGIVS VOLCKMANNVS, Oratio in laudem Caſpari Hofmanni, in Academiâ Altorfinâ Medicinę Profeſſoris. Extat in Praxi Medicâ Curioſâ ejuſdem Hofmanni, Francofurti, 1680. in 4. excuſa.

IOANNES GERARDVS *Erneſti filius, in Academiâ Ienenſi Theologiæ Profeſſor*, Faſciculus Diſputationum Theologicarum in memoriam Iubilęi Academici anno 1658. celebrati. Pręmiſit Catalogum Profeſſorum Ienenſium ab anno 1558. ad annum 1658. Secundę Diſputationi, in quâ agit de Flaccianiſmo pręfixit Vitam Flaccii Illyrici. Liber editus eſt Ienę 1658. in 4.

IOANNES GERARDVS ARNOLDVS *in Gymnaſio Durlacenſi Rector*, Oratio funebris in Obitum Ioannis Friderici Heisbrunneri, in eodem Gymnaſio Linguę Hebraicę, & Theologię Profeſſoris.

IOANNES à GLANO, Vitę Romanorum Pontificum à Petro ad Clementem VIII. ex Platinę Hiſtoriâ in Epitomen reda-

ctæ

ctę, ac juxta Onuphrii recensionem ordinatę. Accesserunt effigies æri incisę. Leodii, 1597. in 8.

IOANNES GOLDSTEIN, *in Ecclesiâ Rostochiensi Pastor*, Oratio de Vitâ & Morte Davidis Chytræi in Academiâ Rostochiensi Theologiæ Professoris, adjuncta ejusd. Chytræi Orationibus Theologicis ac Historicis, Hanoviæ 1614. in 8. editis.

JOANNES GONZAGA, *Mantuanus, Clericus Regularis*, edidit Italicè Orationes quatuor Panegyricas, hoc est, in laudem Thomæ Aquinatis, in D. Antonium Abbatem, Surrenti Patronum, in Cajetanum Thianæum, & de Jacobi Torni Clerici Regularis admirandis Virtutibus. Neapoli, apud Octavium Beltranum, 1621. in 4. Item, aliam in laudem Andreæ Avellini, Clerici Regularis. Ibidem, 1627. in 4.

IOANNES GONZALES de MENDOSA, In Historia Sinica à se publicata contexuit Catalogum Librorum Sinicorum.

IOANNES GOTLIEB MOLLERUS, *Græcarum Litterarum in Academiâ Rostochiensi Professor*, Memoriam Vitæ Joannis Henrici Bœcleri renovavit, in limine ejus Historiæ quatuor primorum à Christo Nato Sæculorum, Rostochii, & Lipsiæ, 1695. in 4. excusæ.

IOANNES GOTOFREDUS OLEARIUS *Halensis, Ducatus Brandeburgici Inspector Primarius, & Patriæ Ecclesiæ Symmistes*, Abacus Patrologicus, hoc est, Primitivæ & Succedaneæ usque ad Augustæ Reformationis à Theandro Luthero peractæ periodum, Ecclesiæ Christi Patrum, atque Doctorum, majoris minorisve autoritatis, Historicorum item, & Scholasticorum, eorumque ætatis, & patriæ, &c. ut & si quæ extant Scriptorum Alphabetica enumeratio, in Patrologiæ Joannis Gerardi Supplementum. Jenæ, impensis Joannis Theodori Fleischeri, 1673. in 12.

JOANNES GRAMPSIUS, Vide *Ioannes Georgius Dorscheus.*

JOANNES GRANGERUS Oratio funebris in Obitum Ludovici Servini, in Senatu Parisino, Advocati Regii. Parisiis, 1626.

IOANNES GRAUNSON, sive GRANDISON

T 2 *Eduardo*

Eduardo III. Regi Angliæ à Sacellis, deinde Episcopus Oxoniensis, Opus reliquit de Vitis Sanctorum, & Librum fecit de Vitâ & Miraculis Thomæ Cantuariensis, quę Opera extant Manuscripta Cantabrigiæ in Bibliothecâ Collegii S. Benedicti.

IOANNES GRESHEREN *Presbyter & Conventualis Monasterii S.S. Vdalrici & Afræ Augustæ Vindelicorum*, scripsit Historiam Virorum Illustrium S. Benedicti, quę habetur MSC. in Bibliothecâ Vindebonensi.

IOANNES GRONINGIUS, *I.V.D. VVismariensis*, molitur Librum hoc titulo, Antiqua & Nova Wismaria, in quâ sistentur nomina litteratorum, qui jam ab aliquot sæculis, in illâ Urbe floruerunt, eorum Effigies, Vita, Bibliothecę, & Egregia Scripta.

IOANNES GULONIUS vel GOULU *Ordinis Cisterciensis Parisiensis*, edidit Orationem in Obitum Nicolai Fabri, seu Lefevre Præceptoris Ludovici XIII. Parisiis 1611. 8. & 1616. in 12.

Idem, scripsit Gallicè res præclarè gestas & Virtutes Francisci de Sales Episcopi Genevensis. Parisiis, 1625. in 8. apud Mich. Joly & Joan. Hacqueville.

IOANNES GUALLA, Sanctuarium Papiæ, in quo extat Historia Sanctorum Ticinensium. Papiæ 1605.

IOANNES H. Vitam Thomę Mori Angliæ Cancellarii descripsit. Liber editus est Londini, 1662.

IOANNES HACQUET *Anglus Episcopus Lichtfeldiensis & Conventriensis*, Scrinia reserata, sive Commentarius oblatus meritis Domini Ioannis Wilhelmi magni Sigilli Angliæ Custodis, Episcopi Lincolniensis, & Archiepiscopi Eboracensis, in quo præcipuæ actiones ejus Vitæ recensentur. Anglicè. Londini, apud Lovvnds fol.

IOANNES HAJUS *Scotus Iesuita*, Scholia brevia in Bibliothecam Sanctam Sixti Senensis. Lugduni, apud Sf. de Gabiano.

IOANNES HALLÆUS *Regis Galliæ à Secretis*, composuit Elogium Petri Hallæi, in Universitate Parisiensi Juris Canonici Professoris, quod nondum edidit.

IOANNES HAMELARIUS, *Canonicus Antuerpiensis*, Oratio funebris in Obitum Ioannis Malderi, Theologiæ Doctoris,

ctoris, Professoris Lovaniensis, & Antuerpiensis Episcopi.

IOANNES HARDVINVS *Iesuita*, Operibus Plinii Secundi Veronensis Notis & Interpretatione à se illustratis præmisit Præfationem in quâ Interpretes & Commentatores ejusdem Plinii Secundi recenset. Liber editus est Parisiis, apud Franciscum Muguet, 1685. in 4.

Ejusdem, Vita Themistii præfixa ejus Orationibus. Parisiis ex Typographiâ Regiâ 1684. in folio.

Ejusdem, Joannis Garnerii Iesuitę Elogium præmissum Auctario Theodoreti Cyrensis Episcopi, Ibidem 1684. edito.

IOANNES HARPRECHTVS, *VVurtembergicus VVallenhemiensis, Iuris Doctor, & in Academiâ Tubingensi Professor*, Oratio funebris de Vitâ & Obitu Anastasii Demleri Marbachensis, I. V. D. & in eâdem Academiâ Professoris. Tubingæ, apud Georgium Grappenbachium, 1592. in 4.

IOANNES HARRIS *Anglus, Collegii VVintoniensis Custos, & Oxonii Theologiæ Professor*, Vita Sancti Bernardini Senensis, Ordinis Seraphici Minorum præfixa ejus Operibus. Parisiis, sumptibus Dionysii Moreau, 1636. in fol. 4. Vol. impressis.

IOANNES HAZ MOTTA *Lusitanus*, Oratio funebris in Obitum Gulielmi Sirleti Cardinalis Bibliothecarii Apostolici.

IOANNES HEERMANNVS à RAVTEIN *Elysius, Nobilium à Botkin Informator*, Parentalia Viro Iuveni Nicolao Zeidlero Bregensi Silesio Artium optimarum, & Philosophiæ Magistro. Olsnæ Silesiorum, 1604. 4.

IOANNES HENICHIVS *Germanus VVinfusanus, Theologiæ Doctor, & in Academiâ Hasso-Schaumburgicâ quæ est Rintelii ad Visurgim Professor Primarius.* In Historiâ Ecclesiasticâ & Civili à se evulgatâ Rintelii, sumptibus Thomæ Henrici Havensteinii, 1669. 2. Vol. in 4. agit de Hæreticis, de Scriptoribus Ecclesiasticis primi, secundi, tertii & quarti sæculi, & de Pontificibus Romanis.

IOANNES HENRICVRTIVS, De Academiâ Suessonensi. Montalbani, 1688. 8.

IOANNES HENRICVS ARSTENIVS Bibliotheca Academica, seu, Designatio præcipuorum Autorum qui

tempore Reformati per Lutherum Evangelii Scriptis suis atque meditationibus Academicorum ordinem illustrarunt. Gothę, 1683. in folio.

IOANNES HENRICVS BOECLERVS, *Historiæ Professor Argentoratensis*, Petri Samuelis Theodorici Ienensis, Laudatio. Argentorati, 1634. Typis Davidis Haun. 4.

Ejusdem, Laudatio funebris Ioannis Friderici Schmidii, Iurisconsulti, Reipublicę Argentoratensis Consiliarii. Habetur in Orationibus ejusdem Boecleri, Argentorati, sumptibus Ioannis Ioachimi Beckenmesseri in 8. excusis.

Idem, in Dissertatione Academica, decima octava, à se anno 1658. edita, Lexica Græca enumeravit, ac judicium simul de illis tulit.

Ejusdem, Bibliotheca Selecta Vero Autori vindicata, & ab innumeris mendis, quibus sub titulo, Biblio-graphiæ Historico-Politico-Philologicæ curiosæ, Germanopoli editæ, scatebat, repurgata. Ibidem, apud Ioannem Fridericum Spoor, & Rheinardum Wæchtler, 1680. in 8.

* *Ejusdem*, De Rebus Sæculi IX. & X. ubi de Scriptoribus eorum Sæculorum agit.

JOANNES HENRICUS COCCEJUS *Ioannis filius*, Præfatio in Opera Joannis Coccеii Theologiæ Doctoris, & in Academiâ Lugduno-Batavâ Professoris continens Historiam ejus Vitæ. Amstelodami, apud Joannem à Sommeren, 8. Vol. in folio, 1675.

JOANNES HENRICUS CONRARDUS, *Vratislaviensis*, Silesia togata, in quâ Virorum genere, Virtute, Doctrinâ Clarissimorum Vita & Fama, singulis Distichis, utcunque delineatur, simul etiam loca & tempora, tam natalia quàm emortualia, annotantur, Ex Manuscriptis Autoris edita, à Caspare Theophilo Schmid, Ligniaci, apud Viduam, & Hæredes Michaelis Roblachii.

